

PLOG'

Dnuā plog' iudaicē ppli
Anielem ꝓheram inter
septuagintā interpretes dñi
saluatoris ecclesie non le-
gunt vnōrs theodotionis
editione: hoc aut accidit nescio. Si-
ne ruim quia seruo chaldaicus est et
quibusdā proprietatibs a nostro elo-
quio disconpat-noluerūt septuaginta
interpretes tadē lingue lineas i transl-
atione seruare: siue sub nomine eorū
ab alio nescio quo nō satis chaldeā
linguā sciente edit' est liber: siue aliud
quid causē exiterit ignorās-hoc unū
affirmare possum: qđ multū a veteri-
te discordet: et redo iudicio repudiat'
sit. Sciendū quippe denielē maxime ꝛ
iudrā hebraicis quidē licetis sed chal-
dio linguē cōscriptos et unā ieremie
prophetē: iob ḡ ei arabica lingua plu-
rimā habere locū arē. Denique et ego
adolescentul' post quinquilliani et tul-
lij lectionē ac flores rethoricos cū me
in lingue hu' pristinū reduliserim: ꝛ
multo sudore nescio: et vix expliscem
anhelantia stridentiaq; uocha resona-
rent quasi per ceptā ambulās rarū
diuū lumen aspicere impegi nouissi-
me in daniel: et tāto tedio affectus sū:
ut desperatione subita omēm laborē
ueterum voluerim cōcumere. Verū ad-
hortante me quodā hebreo et illud
mihi rebrans sua lingua ingerēte la-
bor: improbs omnia vincit: qui mihi
videbat licolus-inter eos repi rusticus
discipulus esse chaldaycus. Et ut vrū
fatear: usq; ad presente diem magis
possum sermonē chaldaicū legere et in-
telligere q̄ loquere. Hec idcirco refero
ut difficultatem vobis danielis ostend-
ere: qui apud hebreos nec susanne hi-
bet historiā nec yanni trium puerorū
nec belis draconisq; fabulas: quas
nos quia in toto orbe dispersē sūt ve-
ru aute posito ensis iugulante subici-
mus - ne videremur apud imperitos
magnā parē voluminis detruncasse.
Audiui ego quēdam de preceptoribs
iudorū cū susanne deciderē historiā-
ꝛ a greco nescio quo diceret esse cōstitā-
illud opponere - quod origeni q̄ affir-
mauit opposuit: ꝛ hynologias has
apo thoy chynoy chise et apo thoy pry-
noy posse - de greco sermone deceptē-
re. Cui' rei nos intelligentiā nūs hāc
possum' dare: ut verbi gratia dicau'
ab arbore ilice dixisse eū ilico pereas:
et a lēnisco in lentē et cōminuat ādgl':
uel non lente pereas-aut lentus id est
flexibilis ducatis ad mortem: siue ali-
ud quid ad arboris nomen conuenī-
ens. Deinde tātū fuisse deij ebrs pueri'
rauill abacur-ut in camino ferrauntis
incendij metro ludrent-ꝛ per ordinem
ad laudē dei omnia elimēta prouoca-
rent: aut q̄ miraculū diuinq; aspira-
tionis iudicū uel draconē infecdum
offa picis uel sacredotū ylis machina'
deprehēsas: que magis prudentia sol-
lecis viri quā ꝓphetali esset spiritu
preperata. Cū uero abacuc venisset et
de iudea in chaldeā raptū discoloz lecti-
tare: queribat exemplū ubi legisseu'
in toto veteri testamēto quēq; sanctoz
graui uolasse corpore: ꝛ in puncto hore
tanta terraꝝ spacia trāsisse. Cui cum
quidā e nostris satis ad loquendum
promptul' ezechielē addixisset in me-
dium: et diceret cū de chaldea in iudam
fuisse translatum-dixit hominē: et ex
ipso volumine demōstrauit ezechielē
in spiritu se uidisse trāsportū. Denique
et apostolū nostrū uidetur ut reudinū
uiri et qui legēn ab hebreis didicisse

non fuisse ausum affirmare se raptu
in corpore sed dixisse fuit in corpore
siue extra corp? nescio deus fec. Ejus et
talibus argumentis apomphas in li
bro ecclesie fabulas arguebat. Supe
quare lectoris arbitrio iudicii derelin
quens illud ãmonco non habeti da
nielem apud hebreos inter ,pheras:
sed inter eos qui agyographa conscri
pserũt. In eos liquidẽ partes omnis
ab eis scriptura diuiditur: in legẽ in
prophetas et in agyographa id est
in quinq; et octo et undecim libros: de
quo nõ est hui? rẽpressa differere. Que
aũt ex hoc ,phera ,primo contra hũc
librũ porphirius obiciat retes sunt
methodi? eusebius apollinario: qui
multis ueteũ militis eius defanie re
spondes nescio an auiolo lectori satis
fecerint. Unde obsecro vos o paula et
eustochiũ fundatis ,p me ad dñm pre
ces: ut quãdiu i hoc corpusculo sũ scri
bã alicq̃ geraũ vobis vnle ecclesie: di
gnũ putetis. Preterũ quippe iudicij
oblaratãũ nõ fat? mouetur: q̃ in vtrã
q; parte aut amore labuit aut odio.

Explicat ,pl oq? ,primũ daniel ,pfi ,p.

Anno tercio regni io
achim regis iuda ve
nit nabuchodono
sor rex babilonis ihe
rusalẽ et obsedit eã:
et tradidit dominꝰ
in manu ei? ioachim regẽ iude et partẽ
vasorũ domus dei ⁊ asportauit eã in
terrã sinnaar in domũ dei sui: ⁊ vasa
inuulit in domũ thesauri dei sui. Et ait
rex affanez ꝓfisio eunuchꝰ: ut intro
ducere de filijs isl et de semine regio
et tyranorũ pueros ĩquibus nulla esset
macula decoros forma et eruditos o
mni sapiẽtia cautos scientia ⁊ doctos
disciplina: ⁊ qui possent stare in pala
tio regis: ut docerẽt eos litteras et lin
guam chaldeorũ. Et cõstituit eis rex an
nonã per singulos dies de cibis suis
et vino unde bibebat ipse: ut enutriti
eibus annuis postea starent in cõspectu
regis. Fuerũt ergo inter eos de filijs iu
de daniel ananias misahel et azarias.
Et imposuit eis ꝓfisius eunuchorũ
nomina danieli balthazar: ananie
sidrat misahel misac et azarie abde
nago. Proposuit aũt daniel in corde
suo ne polluereꝰ de mensa regis neq;
de vino potus ei?: ⁊ rogauit eunuchꝰ
ꝓfisii ut cõtaminarẽ. Dedit aũt de
us daniel gratiam et misericordiam
in cõspectu principis eunuchorũ. Et ait
princeps eunuchorũ ad danielẽ. Timeo
ego dñm meũ regẽ qui cõstituit vobis
cibũ et potũ: qui si uiderit vultꝰ vestros
macilentiores per cereis adolescentibs
coeuis vestris: condemnabitis caput
meũ regi. Et dixit daniel ad malassar
quẽ cõstituerat princeps eunuchorũ su
per danielem ananiã misahelẽ ⁊ azari
am. Tempta nos obsecro tuos tuo?
diebus decẽ et detur nobis legumina
ad vescendũ et aqua ad bibendum: ⁊
cõsimilare vultus nostros et vultus
puerorũ qui vescuntur cibo regis: et sicut
videris facias cũ seruis tuis. Qui
audito sermone humiliauit eos temptã
uit eos diebus decem. Post dies aũt de
cem apparuerũt vultus eorũ meliores
et corpulentiores: pre omnibus pueris
qui vescebãtur cibo regis. Porro ma
lassar tollebat cibaria et vinũ potus e
orum: dabatq; eis legumina. Pueris
aũt hijs dedit deus scientiã et disciplin
am in omni libro et sapientia: daniel
aũt intelligentiã omniũ visionum
et somniorũ. Completis itaq; diebus

post quos dixerat rex ut introducerẽ
tur: introduxit eos ꝓfisius eunuchorũ
in cõspectu nabuchodonosor. Cumq;
eis locutꝰ fuisset rex: nõ sunt inuẽti ta
les de omnibus ut daniel ananias mi
sahel ⁊ azarias. Et stetẽrũt in conspe
ctu regis: et omne verbum sapientie ⁊
intellectus quod fuisset ausus est ab eis
inuenit in eis decuplum super cunctos
ariolos et magos qui erant in uniu
erso regno eius. Fuit autem daniel
usq; ad annũ primũ cyri regis. ¶

In anno secũdo regni nabuchodonosor
vidit nabuchodonosor somniũ: et cõ
tremuit est spiritꝰ eius: et somniũ eius
fugit ab eo. Precipit aũt rex ut conuo
cẽtur ariolꝰ et magi et malefici et
chaldei: ut indicarẽt regi somnia sua.
Qui cũ venissent stetẽrũt coram rege: et
dixit ad eos rex. Vidi somniũ: ⁊ meu
re conturbatus ignoro quid viderim. Re
spondentq; chaldei regi syriace. Rex
in sempiternũ viue. Dic somniũ suũ
nobis: et interpretationẽ eius indicabimꝰ.
Et respondens rex ait chaldeis. Sermo
recessit a me. Nisi indicaueritis michi
somniũ et cõsideratẽ eiꝰ peribitis vos:
et domus vestre publicabunt. Si aũt
somniũ et consideratẽ eiꝰ narraueritis
premia et dona et honorẽ multũ acci
pietis a me. Somniũ igitur et interpre
tationẽ eius indicate michi. Respõdẽ
runt secũdo atq; dixerũt. Rex somniũ
dicat seruis suis: ⁊ interpretationẽ eiꝰ
indicabimꝰ. Respõdit rex ⁊ ait. Certe
noui q tempꝰ redimitis: scientes q re
cessit a me sermo. Si ergo somniũ
nõ indicaueritis michi una est de vo
bis sententia: nõ interpretationẽ q̃ fal
lacem et deceptione plenã cõpositis
ut loquamini michi donec tempꝰ pre
transeat. Somniũ itaq; dicite michi:
ut sciam q̃ interpretationẽ quoq; eius
veram loquamini. Respõdentes ergo
chaldei coram rege dixerũt. Nõ est homo
super terrã qui sermonem tuũ rex possit
implere: sed neq; regum quisquã ma
gnus et potẽs verbũ huiusmodi sci
scitatur ab omni ariolo ⁊ mago ⁊ chal
deo. Sermo enim quẽ tu queris rex gra
uis est: nec reperietur quisquã qui in
dicet illũ in cõspectu regis ex quo dijs
quorũ nõ est cõuersatio cũ hominibus.
Quo audito: rex ĩ furore et in ira ma
gna precepit ut perirẽt omnes sapien
tes babilonis. Et egressa sententia sa
pientes interficiebãtur: quesiauerũtq;
daniel et socij eius ut perirent. Tũc da
niel requisiuit de lege atq; sententia ad
arioch principẽ militie regis: qui egres
sus fuerat ad interficiendos sapientes
babilonis. Et interrogauit eum qui a
rege potestatem acceperat: quã ob rem
tã crudelis sententia a facie regis
esset egressa. Cũ ergo rem indicasset a
rioch daniel: daniel ingressus rogauit
regẽ ut tẽpus daret sibi ad solutionẽ
indicandã regi. Et ingressus ĩ domũ
suã: ananiaq; et misahel et azarie so
cijs suis indicauit negotiũ ut quereret
misericordiã a facie dei celi super sacra
mento isto: et non perirẽt daniel et soci
eius cũ ceteris sapientibus babilonis.
Tunc daniel in visionẽ noctis
reuelatũ est. Et daniel benedixit deo celi
⁊ locutus ait. Sit nomen dei benedi
ctum a seculo et usq; in seculũ: quia sa
pientia et fortitudo eius sunt: et ipse
mutat tempora et etates. Transferet re
gna atq; constituit: dat sapientiam
sapientibus: et scientiã intelligentibus di
sciplinã. Ipse reuelat ,pfunda et abscõ
dita: ⁊ nouit in tenebris constituta: et
lux cũ eo est. Tibi deus patrũ nostrorũ

tonitrorū rex: laudo quia sapientiam
et fortitudinem dedisti michi: et nunc
ostendisti michi que rogauimus te: ecce
sermonē regis aperuisti nobis. Post
hec daniel ingressus ad arioch quem
cōstituerat rex ut perderet sapientes ba-
bilonis sic ei loquutus est. Sapientes ba-
bilonis ne perdas. Introduc me in cōs-
pectu regis: et solutionē regi narrabo.
Tūc arioch festinus introduxit danie-
lem ad regē: et dixit ei. Inuenimus hominē
de filijs cōtransmigrationis iude qui so-
lutionē regi annūtiet. Respondit rex:
et dixit danieli cui: nomen erat balta-
zar. Puraslne vere potes michi indica-
re somniū q̄ vidi: et interpretationē ei-
us? Et respondens daniel coram rege
ait. Mysteriū q̄ rex interrogat sapien-
tes magi et arioli et aruspices neque-
unt indicare regi: sed est deus in celo
revelans mysteria: q̄ indicauit tibi rex
nabuchodonosor que ventura sūt no-
uissimis temporibus. Somniū tuū et
visiones capitis tui cubili tuo huius
modi sunt. Tu rex cogitare cepisti in
stratu tuo quid esset futurum post hec: et
qui revelat mysteria ostendit tibi que
ventura sunt. Michi tē nō in sapien-
tia que est in me plus q̄ in omnis vi-
uentibus sacramentū hoc revelatū est:
sed ut interpretatio regi manifesta fi-
ret et cogitationes mentis tue scires.
Tu rex videbas: et ecce quasi statua u-
na grādis. Statua illa magna et sta-
tura sublimis stabat cōtra te: et inuitu
tuus erat terribilis. Iuius statue
caput ex auro optimo erat: pectus aūt
et brachia de argento: porro venter et fe-
mora ex ere: tibie aūt ferree: pedū que-
dā pars erat ferrea quedā aūt fictilis.
Videbas ita: donec abscissus est lapis de
mōte sine manibus et percussit statuam
in pedibus eius ferreis et fictilibus: et com-
minuit eos. Tūc cōmixta sunt pariter
ferrū testa ers argentū et aurū: redacta
quasi in fauillā estiui areē que rapta
sunt vento: nullusq; locus inuentus est
eis. Lapis aūt qui percusserat statuam
factus est mons magnus: et implenit
universam terrā. Hoc est somniū: inter-
pretationē q̄ dicemus coram rege. Tu
rex regū es: et deus celi regnū et fortitu-
dinē et imperiū et gloriā dedit tibi: et o-
mnia in quibus habitat filij hominum
et bestie agri volucres quoq; celi dedit
in manu tua: et subdidit te tuaq; omnia
sa cōstituit. Tu es ergo caput aureum.
Et post te consurget regnū aliud min-
ūs argenteum: et regnū tertiū aliud ferū
q̄ imperabit universe terre: et regnum
quartū erit velut ferrū. Quomodo ferrū
cōminuit et domat omnia: sic cōminuet
et dabit omnia hec. Porro q̄a vidisti pe-
dū et digitos partē testeā figuli: et partē
ferreā: regnū diuisū erit quod tamē de
plantario ferri orietur. Secundū q̄ vidi-
sti ferrū mixtū teste ex luto: et digitos pe-
dū ex parte ferreos: et ex parte fictiles:
ex parte regnum erit solidum: et ex par-
te contritū. Quod autem vidisti ferrū
mixtū teste ex luto: cōmiscebūtur quidē
humano semine sed non adherebūt si-
bi: sicuti ferrum misceri non potest teste.
In dictis aūt regnorū illoꝝ suscitabit
deus celi regnū q̄d in eternū non disso-
pabitur: et regnū eius alteri populo non
tradetur. Cōminuet aūt et consumet
universa regna hec: et ipsum stabit in
eternū. Secundū q̄ vidisti q̄ de mōte
abscissus est lapis sine manibus et cō-
minuit testam et ferrū et es et argentū
et aurum: deus magnus ostendit regi
que ventura sunt postea: et verum est so-
mniū: et fidelis interpretatio eius. Tūc

rex nabuchodonosor cecidit in faciē
suā et daniel adorauit: et hostias et
incensum fieri iussit sacrificarent et lo-
quens ad rex ait daniel. Vere deus
vester de deos est et dōs regū: revelās
mysteria: quū potuisti aperire hoc
sacramentū. Tūc rex danielem in sub-
limi extulit: et munera multa et magna
dedit ei: et cōstituit eū principē super o-
mnes prouincias babilonis et prefe-
cit eum magistratui super cūctos sapien-
tes babilonis. Daniel aūt postulauit
a rege: et cōstituit super opera prouincie ba-
bilonis sidrac misac et abdenago. Ipse
aūt daniel erat i foribus regis. iii

Nabuchodonosor rex fecit statuā
auream altitudine cubitorū
sexaginta latitudine cubitorū sex: et sta-
uit eā in campo dura prouincie babi-
lonis. Itaq; nabuchodonosor rex mi-
sit ad congregandos satrapas magi-
stratus et iudices duces et tyrannos
et prefectos omnesq; principes regionū:
ut venirent ad dedicationē statue
quam erexerat nabuchodonosor rex.
Tūc cōgregati sūt satrape magistratus
et iudices duces et tyranni et optimates
qui erant in prouinciis cōstituti et pu-
ncti principes regionū: ut cōuenirēt
ad dedicationē statue quā erexerat na
buchodonosor rex. Stabāt aūt in cōs-
pectu statue quā poluerat nabuchodo
nosor rex: et preco clamabat valenter.
Vobis dicūt ipsis tribus et linguis:
in hora qua audieritis sonitū tube et
fistule et cytharē sambuce et psalterij
et symphonie et omnis generis musi-
corū: cadētes adorate statuā auream
quā statuit nabuchodonosor rex. Si
q̄s aūt nō prostratus adorauerit cadē
hora mittetur in fornacē ignis arden-
tis. Post hec cū audisset statim ut audierit
omnes ipsi sonitū tube fistule et cytha-
re sambuce et psalterij symphonie et o-
mnis generis musicorū: cadētes omnes
ipsi tribus et lingue adorauerāt statuā
auream quā cōstituerat nabuchodono-
sor rex. Statimq; in ipso tē accedētes
viri chaldei accusauerūt iudeos: dixe-
runtq; nabuchodonosor regi. Rex in
eternū viue. Tu rex posuisti decretū ut o-
mnis homo qui audierit sonitū tube
fistule et cytharē sambuce et psalterij et
symphonie et omnis generis musicorū
prosternat se et adoret statuā auream:
si quis aūt nō prostratus adorauerit mu-
tatur in fornacē ignis ardentis. Sūt
ergo viri iudei quos cōstituisti super o-
pera regionis babilonie sidrac misac
et abdenago: viri isti cōtempserūt rex
decretū tuū. Deos tuos nō colunt: et
statuā auream quā erexisti nō adorant.
Tūc nabuchodonosor in furore et ira
iussit ut adducerentur sidrac misac et
abdenago. Qui cōtestim adducti sunt
in conspectu regis: pronuntiansq; na-
buchodonosor rex ait eis. Vestre si-
drac misac et abdenago deos meos
non colitis: et statuā auream quā constitu-
i nō adoratis? Sūt ergo si estis pa-
rati quacūq; hora audieritis sonitū
tube fistule cytharē sambuce et psalterij
et symphonie omnisq; generis musico-
rum prostrati vos et adorate statuā
quā fecit: q̄ si nō adoraueritis: eadem
hora mittemini in fornacem ignis ar-
dentis. Et quis est deus qui eripiat vos
de manu mea? Respondentes sidrac
misac et abdenago: dixerunt regi na-
buchodonosor. Non oportet nos de
hac re respondere tibi. Ecce enim deus
noster quē colimus potest eripere nos
de camino ignis ardentis: et de manibus
tuis o rex liberare. Odi si noluerit: notū

sit nobi rex: quia deos tuos nõ colimus.
et statuã aureã quã erexisti nõ adoramus. Tũc nabuchodonosor replenus
est furore: et ahedus faciei illius immutatus est sup sidrac misac et abdenago:
et precepit ut succenderentur fornax
septuplũ q̃ succendi cõsueuerat: z uiri
fortissimis de exercitu suo ut ligarent pedibus sidrac misac et abdenago
mitterent eos in fornace ignis ardentis. Et cõstricti uiri illi uincti cũ braccis
suis et tyaris z calceamentis et uestibus missi sunt i medio fornacis ignis
ardentis. Nam iussio regis urgebat.
fornax aũt succensa erat nimis. Porro uiros illos qui miserant sidrac misac et abdenago interfecit flãma ignis.
Viri aũt hi tres id est sidrac misac et abdenago ceciderũt in medio camino
ignis ardentis collligati. Que sequũt
in hebreis voluminibus non reperi.
Et ambulabant in medio flãme: laudantes deũ et benedicentes dominũ.
Stans aũt azarias orauit sic. Aperiensq; os suũ i medio ignis ait. Benedictus es dñe deus patrũ nostrorũ et
laudabile et gloriosum nomẽ tuũ in
secula: quia iust es in omnibus que fecisti nobis: et omnia opera tua vera et
uie tue rectę: z omnia iudicia tua vera.
Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia q̃
induxisti sup nos et sup ciuitatẽ sanctam patrũ nrorũ hierusalẽ: quia in veritate z in iudicio induxisti omnia hec
propter pcã nostra. Peccauimus enim
et inique egimus recedentes a te et deliquimus in omnibus: et precepta tua non
audiuimus: nec obtuluimus nec fecimus
sicut preceptas nobis ut bene nobis esset. Omnia ergo que induxisti super
nos z uniuersa q̃ fecisti nobis uere iudicio fecisti: z tradidisti nos i manibus
inimicorũ iniquorũ et pessimorũ prouaricatorũq; : et regi iniusto et pessimo
vlcera omnẽ terrã. Et nũc nõ possumus
aperire os. Cõfusio et opprobriũ facti sumus seruis tuis: et hijs qui colebãt te. Ne quesumus tradas nos in perpetuum, pter nomẽ tuũ: z ne dissipes testamentũ tuũ neq; auferas misericordiam tuã a nobis, pter abrahã dilectũ
tuũ et ysaac seruũ tuũ et israhel sanctũ
tuũ: quibus locutus es pollicens q̃ multiplicares semen eorũ sicut stellas celi z
sicut harenã que est i litore maris: q̃a
dñe imminuti sumus plus quã omnes
gentes: sumusq; humiles in uniuersa
terra hodie, pter pcã nostra. Et non
est in tẽpore hoc princeps z dux et ypheta
neq; holocaustũ neq; sacrificiũ neq; oblata neq; incensum neq; locus primiciarũ coram te: ut possimus inuenire
misericordiã tuã: sed in animo contrito et spiritu humilitatis suspiciamur.
Sicut in holocausto arietũ z taurorũ
et sicut in milibus agnorũ pinguiũ: sic
fiat sacrificiũ nrũ in cõspectu tuo hodie ut placeat tibi: quoniã nõ est confusio cõfidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde et timemus te: z querimus facie tuã. Ne confundas nos:
sed fac nobiscũ iuxta mansuetudinem
tuã et secũdũ multitudinẽ misericordiarũ tuarũ: et tribue nos i mirabilibus tuis et da
gloriã nomini tuo dñe: et cõfundant
omnes qui ostendũt tibi tuis mala.
Confundant in omni potentia et robur eorũ cõtereatur: et sciant quia tu es
dñs deus solus et gloriosus sup oberrarũ. Et nõ cessabant qui miserant
eos mittere regis succendere fornacẽ
napta et stupa et pice et malleolis: z
effundebatur flãma super fornacẽ cubitis quadraginta nonaginta: z erupit et

incendit quos reperit iuxta fornacẽ
de chaldeis. Angelus aũt dñi descendit cũ azaria z sociis eius in fornacẽ:
et excussit flãmam ignis de fornace z
fecit mediũ fornacis quasi venti roris
flauẽs: et nõ tetigit eos omino ignis
neq; detestauit nec quicq̃ molestie intulit. Tũc hij tres ẽsi ex uno ore laudabant et glorificabãt et benedicebant
deũ in fornace dicẽtes. Benedictus es
dñe deus patrũ nostrorũ: et laudabilis
et gloriosus et superexaltatus in secula.
Et benedictũ nomẽ gloriẽ tue sanctũ:
et laudabile z superexaltatũ in omnibus
seculis. Benedictus es in templo sancto
gloriẽ tue: z suplaudabilis z sugloriosus in scla. Benedictus es in throno
regni tui: et suplaudabilis z superexaltatus in secula. Benedictus es qui intueris abissos z sedes super cherubin: et
laudabilis z superexaltatus in scla. Benedictus es in firmamento celi: z laudabilis z gloriosus i secula. Benedicite
omnia opera dñi dño: laudate et superexaltate eũ in scla. Benedicite ãgeli domini dño: laudate z superexaltate eum
in secula. Benedicite celi dño: laudate
et superexaltate eũ in secula. Benedicite
aque omnes que super celos sũt dño:
laudate z superexaltate eũ in secula. Benedicite omnes virtutes dñi dño: laudate z superexaltate eũ in secula. Benedicite sol z luna dño: laudate z superexaltate eũ in scla. Benedicite stelle celi
dño: laudate et superexaltate eũ in scla
Benedicite ymber z ros dño: laudate
et superexaltate eũ in secula. Benedicite
omnis spirit dei dño: laudate z superexaltate eũ in scla. Benedicite ignis et
estus domino: laudate z superexaltate eum in secula. Benedicite frigus z estas dño: laudate et superexaltate eũ in
secla. Benedicite rores z pruina dño:
laudate z superexaltate eũ in scla. Benedicite gelu z frigus dño: laudate z superexaltate eũ in scla. Benedicite glacies
et nives dño: laudate et superexaltate eũ
in scla. Benedicite nocles z dies dño:
laudate et superexaltate eũ in scla. Benedicite lux z tenebre dño: laudate et superexaltate eũ in scla. Benedicite fulgura z nubes dño: laudate z superexaltate eũ in scla. Benedicat terra dñm: laudet et superexaltet eũ in secula. Benedicite montes z colles dño: laudate et superexaltate eũ in secula. Benedicite uniuersa germinãtia in terra dño: laudate z superexaltate eũ in secula. Benedicite fontes dño: laudate z superexaltate eũ in secula. Benedicite maria z flumina domino: laudate z superexaltate eũ in scla. Benedicite cete z omnia que mouentur in aquis domino: laudate et superexaltate eũ in scla. Benedicite omnes volucres celi domino: laudate z superexaltate eũ in secula. Benedicite omnes bestie z pecora domino: laudate z superexaltate eũ in secula. Benedicite filij hominũ domino: laudate z superexaltate eum in scla. Benedicat israel dñm:
laudet z superexaltet eũ in secula. Benedicite sacerdotes domini domino: laudate et superexaltate eũ in scla. Benedicite serui domini dño: laudate z superexaltate eũ in secula. Benedicite spiritus et animę iustorũ domino: laudate et
superexaltate eũ in secula. Benedicite
sancti et humiles corde dño: laudate
et superexaltate eũ in secula. Benedicite anania azaria misahel dño: laudate et superexaltate eũ in secula: quia eruit nos de inferno et saluos fecit de
manu mortis: z liberauit de medio ardentis flãme: et de medio ignis eruit

nos. Cõfitemini dño quoniã bonus:
quoniã in seculũ misericordia eius. Be-
nedicite omnes religiosi dño deo de-
orum: laudate et cõfitemini ei: quia ĩ
oũia dcta misericordia eius. Hoc vsq; ĩ
hebreo nõ habetur et que posuimus de
theodotionis editione translata sunt.
Tunc nabuchodonosor rex obstupu-
it et surrexit propere: et ait optimati-
bus suis. Nõne tres viros misimus
in ignis medio cõpeditos? Qui respõ-
dentes regi dixerũt. Vere rex. Respondit
et ait. Ecce ego video viros quatuor
solutos ⁊ ãbulantes in medio ignis:
et nichil corruptionis in eis est: et spe-
cies quarti similis filio dei. Tunc accessit
nabuchodonosor ad ostiũ fornacis
ignis ardentis ⁊ ait. Sidrac misac ⁊
abdenago serui dei excelsi: egredimini
et venite. Statimq; egressi sunt sidrac
misac et abdenago de medio ignis.
Et cõgregati sunt ibi magistratus et
iudices et potentes regis cõtemplabã-
tur viros illos quoniã nichil potestas
habuisset ignis in corporibus eorũ:
et capilli capitis eorũ nõ fuerunt adusti
et saraballa eorũ nõ fuerunt immutata:
et odor ignis non ãsisset per eos.
Et exclamans nabuchodonosor ait. Be-
nedictus deus eorũ sidrac misac
et abdenago: qui misit angelũ suum
et eruit seruos suos qui crediderũt in
eũ: et verbũ regis immutauerũt: et tra-
diderũt corpora sua ne seruirent et ne
adorarent omnẽ deũ excepto deo suo.
A me ergo positum est hoc decretũ: ut
omnis ppls tribus ⁊ lingua quecũq; lo-
cuta fuerit blasphemiã contra deum
sidrac misac et abdenago disperdat:
et domus eius vastetur. Neq; enim est
alius deus: qui possit ita saluare. Tũc
rex promouit sidrac misac ⁊ abdenago
in prouincia babilonis. Nabuchodo-
nosor rex omnibus ppls gentibus et lingui-
qui habitãt ĩ uniuersa terra: pax vobis
multiplicetur. Signa et mirabilia fe-
rit apud me deus excelsus. Placuit et
ego michi predicare eius signa quia ma-
gna sunt: ⁊ mirabilia eius qã fortia: et re-
gnũ eius regnũ sempiternũ: ⁊ potestas eius
in generationẽ ⁊ generationẽ. IIII

Ego nabuchodonosor quietus e-
ram in domo mea et florens in
palatio meo. Somniũ vidi qõ pterrit
me: ⁊ cogitationes mee ĩ stratu meo: et
visiones capitis mei conturbauerunt
me. Et per me ꝓpositũ est decretũ ut in-
troducerentur in conspectu meo omnes
sapientes babilonis: et ut solutionẽ so-
mniũ indicarẽt michi. Tũc ingrediẽtes
sunt aruspices magi chaldei et aruspices: ⁊
somniũ narraui in conspectu eorũ: et
solutionẽ eius nõ indicauerũt michi: do-
nec collega ingressus est in conspectu
meo daniel: cui nomẽ balthazar secũ-
dum nomẽ dei mei: qui habet spiritũ
deorũ sanctorũ in semetipso: et somni-
um coram ipso locutus sũ. Balthazar
princeps aruspicũ quẽ ego scio q̃ spi-
ritũ deorũ sanctorũ habeas in te: et o-
mne sacramentũ nõ est impossibile ti-
bi: visiones somniorũ meorũ quas vi-
di: et solutionẽ eorũ narra. Visio capi-
tis mei in cubili meo. Videbam: et ecce
arbor in medio terre: et altitudo eius
nimia. Magna arbor et fortis: et pro-
ceritas eius contingens celũ. Aspect⁹
illũ? erat vsq; ad finiũs vniuerse ter-
re. Folia eius pulcerrima: ⁊ fructus eius
nimius: et esca omniũ in ea: subter eã
habitãtes bestie agri: ⁊ in ramis eius cõ-
morantes aues celi: tu es rex qui ma-
gnificatus es et inualuisti: et magni-
tudo tua creuit et peruenit vsq; ad celũ:
et potestas tua in terminos vniuerse
terre. Quod autẽ vidit rex vigilem et

stratũ meũ: et ecce vigil et sanctus de ce-
lo descendit: clamauit fortiter: et sic ait.
Succidite arborem et ãcidite ramos
eius: excutite folia eius et dispergite fru-
ctus eius: fugiant bestie que subter eã
sunt: et volucres de ramis eius. Verum
tamen germẽ radicũ eius in terra sini-
te: et alligetur vinculo ferreo et ereo: in
herbis q̃ foris sunt et rore celi tinguatur
⁊ cũ feris pars eius in herba terre.
Cor eius ab humano cõmutẽ: et cor
fere detur ei: et septem tẽpora mutentur
super eũ. In sententia vigilũ decretũ est:
et sermo sanctorũ et petitio: donec co-
gnoscant viuentes quoniã dominatur
excelsus in regno hominũ: et cui-
q̃ voluerit dabit illud: ⁊ humilimũ
hominẽ cõstituet super eũ. Hoc somniũ
vidi ego nabuchodonosor rex. Tu ergo
balthazar interpretationẽ narra festi-
nus: quia omnes sapientes regni mei
nõ queunt solutionẽ edicere michi. Tu
autẽ potes: qã spiritus deorũ sanctorũ in
te. Tũc daniel cui nomẽ balthazar
erat intra semetipsũ tacitus cogitare
quasi una hora: et cogitationes eius
conturbabãt eũ. Respondens autẽ rex ait.
Balthazar somniũ et interpretatio eius
non cõturbent te. Respondit balthaza-
r ⁊ dixit. Domine mi: somniũ hijs
qui te oderũt: ⁊ interpretatio eius hosti-
bus tuis sit. Arbor quã vidisti sublimis
amq; robustã cui? altitudo pertin-
git ad celũ ⁊ aspectus illius in omnem
terã: et rami eius? pulcerrimi: ⁊ fructus eius
nimius: et esca omniũ in ea: subter eã
habitãtes bestie agri: ⁊ in ramis eius cõ-
morantes aues celi: tu es rex qui ma-
gnificatus es et inualuisti: et magni-
tudo tua creuit et peruenit vsq; ad celũ:
et potestas tua in terminos vniuerse
terre. Quod autẽ vidit rex vigilem et
sanctũ descendere de celo ⁊ dicere: succi-
dite arborẽ et dissipate illã: attamen
germen radicũ eius in terra dimittite: et
vinciatur ferro et ere: in herbis foris ⁊
rore celi cõspergat: et cũ feris sit pabu-
lum eius donec septem tẽpora commu-
tentur super eũ: hec est interpretatio sen-
tentie altissimi: que puenit super domi-
num meũ regem. Eicient te ab hominibus
et cũ bestijs feris: erit habitatio
tua: et fenũ ut bos comedes: ⁊ rore celi
inũderis. Septem quoq; tempora
mutabũtur super te: donec scias q̃ do-
minetur excelsus super regnũ hominũ:
et cuicũq; voluerit det illud. Qd autẽ
ꝓcepit ut relinquerentur germen radicũ
eius id est arboris: regnũ tuũ tibi ma-
nebit postq̃ cognoueris potestatẽ esse
celestem. Quãobrem rex consilium meũ
placeat tibi: et peccata tua elemosinis
redime: et iniquitates tuas miserecor-
diis paupũ: forsitan ignoscet deus de
delictis tuis. Oũia hec venerũt super na-
buchodonosor regẽ. Post finẽ mensium
duodecim in aula babilonis de-
ambulabat. Respondit rex et ait.
Nõne hec est babilon ciuitas magna
quam ego edificaui in domum regni
in robore fortitudinis mee: et ĩ gloria
decoris mei? Cũq; sermo adhuc esset ĩ
ore regis: vox de celo ruit. Tibi dicitur
nabuchodonosor rex. Regnũ tuũ tãs-
ibit a te et ab hominibus eicient te: et cũ
bestijs et feris erit habitatio tua: fenũ
quasi bos comedes: et septem tempora
mutabũtur super te: donec scias q̃ do-
minetur excelsus in regno hominum:
et cuicũq; voluerit det illud. Eadẽ hora
sermo complet⁹ est super nabuchodo-
nosor: et ex hominibus abiectus est et
fenũ ut bos comedit: et rore celi corp⁹
eius infectum est: donec capilli eius in

similitudinē aquilaꝝ crescerent: et ungues eius quasi auium. Igitur postquam dixi ego nabuchodonosor oculos meos ad celū leuauī: et sensus meus redditus est michi: et altissimo benedixi: et viuentē in sempiternum laudaui: et glorificaui: quia potestas ei⁹ potestas sempiterna: et regnū eius in generationem et generationē: et omnes habitatores terre apud eum i nichilū reputati sunt. Iuxta voluntatē eius sū facit: et in virtutibus celi ꝗ in habitatoribus terre: et nō est qui resistat manui eius et dicat ei quare fecisti. In ipso tp sensus meus reversus est ad me: et ad honorē regni mei decoremq; peruenit: et figura mea reversa ē ad me: et optimates mei et magistratus mei requisierunt me: et in regno meo restitutus sum: et magnificentia mea amplior addita est michi. Nūc igitur ego nabuchodonosor laudo et magnifico et glorifico regem celi: quia omnia opera eius vera: et vie eius iudicia: et gradientes in superbia potest humiliare. V

Balthazar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille: et vnusquisq; secm̄ suā bibebat eratq;. Precepit rego iā ceruleus⁹ ut afferentur vasa aurea et argentea: q̄ asportauerat nabuchodonosor pater eius de templo qd̄ fuit in ierusalē: ut biberēt in eis rex et optimates eius: vxores q; eius et concubine. Tūc allata sūt vasa aurea que asportauerat de templo qd̄ fuerat i ierusalē: et biberunt in eis rex et optimates eius vxores et concubine illius. Bibētq; vinū: et laudabant deos suos aureos et argenteos et eneos ferreos linigenosq; et lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti q̄si manus hominis scribentis contra cādelabrū: in superficie parietis aule regie. Et rex aspiciebat articulos manꝰ scribentis. Tūc facies regis immutata est: et cogitationes ei⁹ conturbabāt eū: et cōpages renū ei⁹ soluebāt: et genua ei⁹ ad se invicē collidebāt. Exclamauit itaq; rex fortiter: ut introducerē magos chaldeos et aruspices. Et prolocutus rex ait sapientibus babilonis. Quicumq; legere scripturā hāc et interpretationē ei⁹ manifestā michi fecerit: purpura vestietur: et torquē aureū habebit in collo: et tertius in regno meo erit. Tūc ingressi omnes sapientes regis non potuerunt nec scripturā legere: nec interpretationē ei⁹ indicare regi. Vnde rex balthazar sapis conturbatus est: et vultꝰ illi⁹ immutatus est. Sed et optimates eius turbabātur. Regina aūt pro re que acciderat regi et optimatibus eius domū cōuiuij ingressa est: et prolocutꝰ ait. Rex in eternū viue. Non te conturbent cogitationes tue: neq; facies tua immutetur. Est vir in regno tuo qui spiritum deoꝝ sanctorū habet in se: et in diebus patris tui scientia et sapientia inuēte sunt in eo. Nam et rex nabuchodonosor pater tuus principē magorum incantatoꝝ chaldeoꝝ et aruspicū constituit eū. Pater inquam tuus o rex: quia spiritꝰ amplior et prudentia intelligentiaq; interpretatio somniorū et obscuro secretoꝝ: ac solutio ligatorū inuēte sūt in eo. hic est in daniele: cui rex posuit nomen balthazar. Nūc itaq; daniel vocetur: et interpretationē narrabit. Igitur introductus est daniel coram rege. Et qd̄ status rex ait. Tu es daniel de filijs captiuitatis iude quā adduxerat pater meus rex de iudea? Audiui de te quoniā spiritum deorū habes: et scientia intelligentiaq; ac sapientia ampliores inuente sunt in te. Et nūc introgressi sunt in cōspectu meo sapientes magi: ut scripturā hanc legerēt: et interpretationē eius indicarēt michi: et nequiuerūt sensum huiꝰ sermonis edicere. Porro ego audiui de te: q̄ possis obscura interpretari: et ligata dissoluere. Si ergo vales scripturam legere et interpretationē ei⁹ indicare michi: purpura vestieris: et torquē aureū circa collū tuū habebis: et tertꝰ in regno meo princeps eris. Ad que respondēs daniel ait coram rege. Munera tua sint tibi: et dona domꝰ tue alteri da: scripturā aūt legam tibi rex: et interpretationē ei⁹ offerēdā tibi. O rex deus altissimus regnū et magnificentiā gloriā et honorē dedit nabuchodonosor patri tuo: et pter magnificentiā quā dederat ei: omnes ꝓli cetus et linguē timebant et metuebāt eū. Quos volebat interficiebat: quos volebat preuiuere: quos volebat exaltabat: et quos volebat humiliabat. Quando aūt eleuatū est cor eius et spiritꝰ illius obfirmatꝰ est ad superbiā: depositꝰ est de solio regni sui: et gloria ei⁹ ablata est: a filijs hominū eiectus est. Sed et cor eius cū bestijs positū est: et cū onagris erat habitatio ei⁹. Fenū q̄si ut bos comedebat: et rore celi corpus ei⁹ infectū est: donec cognosceret q̄ potestatem habeat altissimꝰ in regno hominū: et quēcūq; voluerit suscitabit super illud. Tu q̄ filij ei⁹ balthazar nō humiliasti cor tuū cū scires hec omnia: sed aduersus dñatorem celi eleuatus es. Et vasa domus ei⁹ allata sunt coram te: et tu et optimates tui et vxores tue et concubine tue vinū bibistis i eis. Deos quoq; argenteos et aureos et eneos ferreos ligneosq; et lapideos: qui nō videt neq; audiūt neq; sentiūt laudasti: porro deū qui habet flatū tuū in manu sua: et omnes vias tuas nō glorificasti: idcirco ab eo missus ē articulus manus que scripsit hec quod tegratū est. Hec ē aūt scriptura q̄ digesta est. Mane thecel phares. Et hec interpretatio sermonis. Mane: numerauit deus regnū tuū: et complevit illud. Thecel: appensū est in statera: et inuentum est minus habēs. Phares: diuisum est regnū tuū: et datū est medis et persis. Tūc iubente rege induꝰ est daniel purpura: et circūdata est torques aurea collo eius: et predicatū est de eo q̄ haberet potestatē tertꝰ in regno. Eadē nocte interfectꝰ est balthazar rex chaldeus: et darꝰ medꝰ successit in regnū annos natus sexaginta duos. VI

Placuit dario: et cōstituit supra regnū satrapas centum viginti ut essent i toto regno suo et sup eos principes tres et quibꝰ daniel unꝰ erat ut satrape illis redderēt rationē: et rex nō sustineret molestiā. Igitur daniel superabat omnes principes et satrapas: quia spiritus dei amplior erat in illo. Porro rex cogitabat cōstituere eū sup omne regnū. Vnde principes et satrape querebāt occasionē ut inuenirēt danieli et lacere regis: nullāq; causam et suspirationē reperire potuerūt eo q̄ fidelis esset: et omnis culpa et suspicio nō inueniretur in eo. Dixerūt ergo viri illi. Nō inueniēꝰ danieli huic aliquā occasionē: nisi forte in lege dei sui. Tunc principes et satrape surripuerūt regi: et sic locuti sūt ei. Dari rex in eternū viue. Consiliū inierūt cūcti principes regni tui: magistratus et satrape senatores et iudices: ut decretū imperatorium exeat et editū: ut omnis qui petierit

aliquã petitionẽ a quocũq; deo ⁊ homine usq; ad triginta dies nisi a te rex: mittatur in lacũ leonũ. Nũc itaq; rex confirma scripturã et scribe decretũ ut nõ immutetur quod factũ est a medis et persis: nec preuaricari cuiq; liceat. Porro rex darius ꝓmulgauit edictũ et statuit. Quod cũ daniel cõpexisset id est cõstitutam legẽ: ingressus est domũ suam et fenestris apertis in cenaculo suo contra hierusalẽ tribus temporibus in die flectebat genua sua ⁊ adorabat: cõfitebaturq; coram deo suo sicut et ãte facere cõsuetus erat. Viri ergo illi curiosius inquirentes inuenerũt danielẽ orãtem et obsecrantem deũ suũ: ⁊ accedentes locuti sunt regi sup edicto. Rex nũquid nõ subscripsisti ut omnis homo qui rogaret quẽq; de diis et hominibus usq; ad dies triginta nisi te rex mitteretur in lacũ leonũ? Ad quos respõdens rex ait. Verus sermo iusta decretum medorũ atq; preclarũ: nõ preuaricari nõ licet. Tũc respõdentes dixerũt coram rege. Daniel de filijs captiuitatis iude non curauit de lege tua ⁊ edicto tuo nõ constituisti: sed tribus tẽporibus per diẽ orat obsecratione sua. Quod vbi audiuit rex sanis cõmitatus est: et pro daniele posuit cor ut liberaret eũ: et usq; ad occasũ solis laborabat ut eueret illũ. Viri aũt illi intelligẽtes regẽ dixerũt ei. Scito rex q̃ lex medorũ est atq; preclarũ: ut omne decretũ q̃ cõstituerit rex nõ liceat immutari. Tunc rex ꝓcepit et adduxerũt danielẽ: et miserũt eũ in lacũ leonũ. Dixitq; rex danieli. Deus tuus quẽ colis semper: ipse liberabit te. Allatusq; est lapis unus et positus est sup os laci: quẽ obsignauit rex anulo suo et anulo optimatũ suorũ: ne quid fieret contra danielẽ. Et abijt rex in domũ suam ⁊ dormiuit incenatus: adhiq; non sunt allati coram eo: insup et somn? recessit ab eo. Tũc rex primo diluculo consurgens festinus ad lacũ leonũ peruenit: appropinquãs; lacui danielẽ voce lacrimabili inclamauit: et affatus ẽ eũ. Daniel seruc dei viuentis: deus tuus cui tu seruis semp-putasne valuit te liberare a leonibus? Et daniel regi respõdens ait. Rex ĩ eternũ viue. Deus misit angelũ suum-⁊ conclusit ora leonũ et non nocuerũt michi: quia coram eo iustitia inuenta est in me. Sed ⁊ coram te rex delictũ non feci. Tũc vehementer rex gauisus est sup eo: ⁊ danielẽ ꝓcepit educi de lacu. Eductusq; est daniel de lacu: et nulla lesio inuenta est in eo: qa credidit deo suo. Iubente aũt rege adducti sunt viri illi qui accusauerũt danielem: et in lacũ leonũ missi sunt ipsi et filij et uxores eorũ: et non peruenerũt usq; ad pauimentum laci: donec arripuerũt eos leones et omnia ossa eorũ cõminuerũt. Tũc darius rex scripsit universis populis tribubus et linguis habitantibus in uniuersa terra. Pax vobis multiplicetur. A me constituũ est decretum: ut in uniuerso imperio ⁊ regno meo tremiscant et pauent deũ danielis. Ipse est enim deus viuens et eternus in secula: et regnum eius non dissipabitur: et potestas eius usq; in eternum. Ipse liberator atq; saluator faciens signa et mirabilia in celo et in terra: q̃ liberauit danielẽ de lacu leonũ. Porro daniel prosperatus est usq; ad regnum darij regnũq; cyri persẽ. VII

Anno primo balthazar regis babilonis daniel somnium vidit. Visionẽ aũt capitis sui in cubili suo: et somnium scribens breui sermone

comprehendit: summatimq; ꝓstringẽs ait. Videbã in visione mea nocte: et ecce quatuor venti celi pugnabant in mari magno: et quatuor bestie grandes ascendebãt de mari diuersẽ inter se. Prima ḟli leena: et alas habebat aquile. Aspiciebã donec euulse sunt ale eius et sublata est de terra: et super pedes quasi homo stetit: ⁊ cor eius datum est ei. Et ecce bestia alia similis vrso in parte stetit: et tres ordines erant in ore eius et in dẽtibus eius: ⁊ sic dicebãt ei. Surge: comede carnes plurimas. Post hec aspiciebã: et ecce alia quasi pardus: ⁊ alas habebat auis quatuor sup se. Et quatuor capita erant in bestia: et potestas data est ei. Post hec aspiciebam in visione nocis: et ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis ⁊ fortis nimis. Dentes ferreos habebat magnos: comedens atq; cõminuens ⁊ reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis autem erat cereris bestijs quas videbã ãte eam: et habebat cornua decem. Cõsiderabã cornua: et ecce cornu aliud parunlũ ortum est de medio eorũ: ⁊ tria de cornibus primis euulsa sunt a facie eius. Et ecce oculi ei ius quasi oculi hominis in cornu isto: et os loquẽs ingẽtia. Aspiciebã donec throni positi sunt: ⁊ antiquus dierũ sedit. Vestimentũ ei? cãdidũ quasi nix: capilli capitis eius quasi lana mũda. Thronus eius flãme ignis: rote eius ignis accensus: flumꝰ ignis? rapidus egrediebat a facie eius. Milia milium ministrabãt ei: et decies milies centena milia assistebãt ei. Iudicũ sedit: et libri aperti sunt. Aspiciebã propter vocem sermonũ gradiũ quos cornu illud loquebat. Et vidi quoniã interfecta esset bestia ⁊ perisset corpus eius et traditũ esset ad cõburendũ ignũ: aliarum q̃ bestiarũ ablata esset potestas: et spiritus vite cõstituta essent eis usq; ad tempus et tempus. Aspiciebã ergo in visione nocis: ⁊ ecce cũ nubibus celi quasi filꝰ hominis veniebat: et usq; ad antiquũ dierũ peruenit: ⁊ in ꝓspectu eius obtulerũt eũ. Et dedit ei potestatẽ ⁊ honorem et regnũ: et omnes ꝓpli tribus et lingue ipsi seruierũt. Potestas eius potestas eterna que nõ auferet: et regnũ eius qd̃ non corrũpetur. Horruit spiritus meus. Ego daniel terrefactus sum in hijs: et visiones capitis mei cõturbauerũt me. Accessi ad unũ de astantibus: et veritatem querebã ab eo de omnibus hijs. Qui dixit michi interpretationem sermonũ: ⁊ docuit me. Hec quatuor bestie magne: quatuor regna cõsurgẽt de terra. Suscipiẽt aũt regnum sancti dei altissimi: ⁊ obtinebũt regnũ usq; in seculũ ⁊ seculũ seculorũ. Post hec volui diligẽter discere de bestia quarta: que erat dissimilis valde ab omnibus ⁊ terribilis nimis. Dentes et ungues eius ferrei: comedebat et cõminuebat: ⁊ reliqua pedibus suis conculcabat. Et de cornibus decẽ que habebat in capite: ⁊ de alio qd̃ ortũ fuerat: ãte qd̃ cederẽt tria cornua: ⁊ de cornu illo qd̃ habebat oculos ⁊ os loquẽs grãdia: ⁊ maius erat ceteris. Aspiciebam: ⁊ ecce cornu illud faciebat bellũ aduersus sanctos ⁊ ꝓualebat eis: donec venit antiquꝰ dierum ⁊ iudicũ dedit sanctis excelsi: et tempus adueniet ⁊ regnũ obtinuerũt sancti. Et sic ait. Bestia quarta-regnũ quartũ erit in terra qd̃ maius erit omnibus regnis: et deuorabit universam terrã: ⁊ cõculcabit ⁊ cõminuet eã. Porro decẽ cornua-ipsꝰ regni decem reges erũt: ⁊ alius consurget post eos ⁊ ipse

potentior erit prioribus: ⁊ tres reges
humiliabit. Et sermones contra excelsi
loquetur: et sanctos altissimi conteret.
Et putabit qꝫ possit mutare tempora ⁊
leges: ⁊ tradentur in manu eius usq; ad
tempꝰ et tempora ⁊ dimidium temporis.
Et iudicium sedebit ut auferatur potes-
tas ⁊ conteratur ⁊ disperetur usq; in finem:
regnum autem et potestas et magnitudo
regni q̃ est subtus omne celum detur plo
sanctorum altissimi cuius regnum regnum
sempiternum est: et omnes reges seruient ei
⁊ obedient. Hucusq; finis verbi. Ego da-
niel multum cogitationibus meis conturba-
bar: ⁊ facies mea mutata ē in me: ver-
bum autem in corde meo conseruaui. VIII

Anno tertio regni balthazar re-
gis visio apparuit michi. Ego
daniel post id qꝫ videram in principio
vidi in visione mea cum essem in susis ca-
stro qꝫ est in helam ciuitate: vidi autem
in visione esse me super porta vlai: et leua-
ui oculos meos et vidi. Et ecce aries
unus stabat ante paludem habens cor-
nua excelsa: et unum excelsior altero atq;
succrescens. Postea vidi arietem cornibus
ventilantem contra occidentem et contra a-
quilonem ⁊ contra meridiem: et omnes bestie
non poterant resistere ei neq; liberare de
manu eius: fecitq; secundum voluntatem suam
⁊ magnificatus est. Et ego intelligebam.
Ecce autem hircus caprarum veniebat ab
occidente super faciem tote terre: ⁊ non tan-
gebat terram. Porro hircus habebat cor-
nu insigne inter oculos suos et venit
usq; ad arietem illum cornutum quem videram
stantem ante portam: et cucurrit ad eum in
petu fortitudinis sue. Cumq; appropin-
quasset prope arietem exasperatus est in eum:
et percussit arietem ⁊ comminuit duo cor-
nua eius: et non potuit aries resistere ei.
Cumq; eum misisset in terram conculcauit: et
nemo quibat liberare arietem de ma-
nu eius. Hircus autem caprarum magnus
factus est nimis. Cumq; crevisset fractus
est cornu magnum: et orta sunt quatuor
cornua subter illud p quatuor venti
celi. De uno autem eorum egressum est cor-
nu unum modicum: et factum est grande con-
tra meridiem et contra orientem et contra for-
titudinem. Et magnificatum est usq; ad
fortitudinem celi: et deiecit de fortitudine
et de stellis ⁊ conculcauit eas: ⁊ usq; ad
principem fortitudinis magnificatus est.
Et ab eo tulit iugem sacrificium: et deiecit
locum sanctificationis eius. Robur autem
datum est contra iugem sacrificium, propter pe-
cata: et prosternetur veritas in terra: ⁊
prosperabit ⁊ faciet. Et audiui unum de
sanctis loquentem: ⁊ dixit ad sanctus
alterum nescio cui loquebat. Vsquequo vi-
sio de iugem sacrificium et peccatum desola-
tionis que facta est: sanctuarium et fortitu-
do conculcabit. Et dixit ei. Vsq; ad
vesperam et mane duo milia trecenti: et
mundabit sanctuarium. Factum est autem cum
viderem ego daniel visionem et querem
intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo
quasi species viri. Et audiui vocem vi-
ri inter vlai: et clamauit et ait. Gabri-
el fac intelligere istum visionem. Et venit:
et stetit iuxta ubi ego stabam. Cumq; ve-
nisset: pauens corrui in faciem meam. Et
ait ad me. Intelligere fili hominis: quo-
niam in tempore finis complebit visio. Cumq;
loquerer ad me: collapsus sum pron
in terram. Et tetigit me ⁊ statuit me in
gradu meo: dixitq; michi. Ego osten-
dam tibi que futura sunt in nouissimo
maledictionis: quoniam habet tempus
finem suum. Aries quem vidisti habet cor-
nua: rex medorum est atq; persarum. Por-
ro hircus caprarum rex graecorum est: ⁊ cor-
nu grande qꝫ erat inter oculos eius ipse

est rex primus. Quod autem fracto illo
surrexerit stetere pro eo: quatuor reges
de gente eius consurgent: sed non in fortitu-
dine eius. Et post regnum eorum cum crescent
iniquitates consurget rex impudens fa-
cie ⁊ intelligens propositiones: et roborabit
fortitudo eius sed non in viribus
suis: ⁊ supra qꝫ credi potest omnia va-
stabit: et prosperabit ⁊ faciet. Et interfi-
ciet robustos et populum sanctorum secun-
dum voluntatem suam: et dirigetur dolus in
manu eius: et cor suum magnificabit: et in
copia cecidit omnium occidet plurimos.
Et contra principem principum consurget: et
sine manu conteretur. Et visio vesperi et
mane que dicta est vera est. Tu ergo vi-
sionis signa: quia post multos dies e-
rit. Et ego daniel langueo et egrotaui
per dies. Cumq; surrexissem faciebam opu-
ra regis: et stupebam ad visionem: et
non erat qui interpretaretur. IX

In anno primo darij filij assuerii de semi-
ne medorum qui imperauit super regnum
chaldeorum anno uno regni eius ego da-
niel intelligi in libris numerum annorum de
quo factus est sermo domini ad hieremiam
prophetam: ut compleremur desolationis
hierusalem septuaginta anni. Et posui fa-
ciem meam ad dominum deum meum rogare
et deprecari in ieiuniis sacco et cinere: ⁊
oraui dominum deum: ⁊ confessus sum et dixi.
Obsecro domine deus magne et terribilis
custodiens pactum et misericordiam diligen-
bus te ⁊ custodientibus mandata tua: pecca-
mus iniquitatem fecimus impie egimus: ⁊ re-
cessimus ⁊ declinauimus a mandatis tuis
ac iudiciis. Non obediuimus tuis
prophetis: qui locuti sunt in nomine
tuo regibus nostris principibus nostris pa-
tribus nostris omnique populo terre. Tibi domine
iustitia: nobis autem confusio faciei sicut
est hodie viro iuda et habitatoribus
iherusalem et omni israel: hijs qui prope sunt
et hijs qui procul in universis terris ad
quas eiecisti eos, propter iniquitates eorum
in quibus peccauerunt in te domine. Nobis
confusio faciei: regibus nostris principibus
nostris et patribus nostris qui peccauerunt.
Tibi autem domino deo nostro misericordia et
propiciatio quia recessimus a te: et non
audiuimus vocem domini dei nostri ut am-
bularemus in lege eius quam posuit no-
bis per seruos suos prophetas: et omnis
israel peccauerant sunt legem tuam et de-
clinauerunt ne audirent vocem tuam: et stil-
lauit super nos maledictio ⁊ detestatio
que scripta est in libro moysi serui dei
quia peccauimus ei. Et statuit sermones
suos quos locutus est super nos et super
principes nostros qui iudicauerunt
nos: ut superinduceret in nos malum
magnum quale nunquam fuit sub omni celo
secundum quod factum est in iherusalem sicut scri-
ptum est in lege moysi. Omne malum
hoc venit super nos. Et non rogauimus
faciem tuam domine deus noster. ut reuerere-
mur ab iniquitatibus nostris: et cogitare-
mus veritatem tuam. Et vigilauit domino super
malitiam: et adduxit eam super nos. Iu-
stus dominus deus noster: in omnibus op-
ribus suis q̃ fecit. Nam non audiuimus
vocem eius. Et nunc domine deus noster q̃ edu-
xisti populum tuum de terra egipti in manu
forti et fecisti tibi nomen sicut die hac:
peccauimus iniquitatem fecimus domine in o-
mnem iustitiam tuam. Auertat obsecro ira
tua ⁊ furor tuus a ciuitate tua iherusalem:
et a monte sancto tuo. Propter peccata
nostra et iniquitates patrum nostrorum iheru-
salem et populus tuus in opprobrium sunt
omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo
exaudi deus noster orationem serui tui
et preces eius: et ostende faciem tuam super
sanctuarium tuum qꝫ desertum est. Propter

ad vos: dicit dominus exercituum. Et dixistis.
In quo revertemur? Si efficit homo
deum: quia vos efficitis me. Et dixistis?
In quo efficimus te? In decimis et in
primitiis et in penuria. Vos maledicti
estis: et me vos efficitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreum: et sit cibus
in domo mea: et probate me super hoc dicit dominus. Si non aperuero vobis cataractas celi: et effudero vobis benedictionem usque ad abundantiam. Et increpabo
pro vobis devorantem: et non corrumpet fructum terre vestre: nec erit sterilis vinea in agro
dicit dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes gentes. Quia eritis vos terra desiderabilis dicit dominus exercituum. Invaluerunt super me verba vestra dicit dominus. Et
dixistis. Quid locuti sumus contra te?
Dixistis. Vanus est qui servit deo. Et
quid emolumentum quia custodivimus
precepta eius: et quia ambulavimus maste-
ste coram domino exercituum? Ergo nunc beatos
dicimus alienigenas. Siquidem edificati
sunt facientes impietates: et temptaverunt deum et salvi facti sunt. Tunc loquti
sunt timentes deum: unusquisque cum proximo suo. Et attendit dominus et audivit:
et scriptus est liber monumenti coram eo timentibus dominum et cogitantibus nomen eius.
Et erunt michi ait dominus exercituum
in die qua ego faciam in peculium: et
parcam eis sicut parcit vir filio suo servienti sibi. Et convertemini et videbitis
quid sit inter iustum et impium: et inter servientem deo et non servientem ei. IIII
Ecce enim dies venit succensa sicut
caminus: et erunt omnes superbi et omnes facientes impietatem stipula. Et inflammabit eos dies veniens dicit dominus exercituum: quae non derelinquet eis radicem et germen. Et orietur
vobis timentibus nomen meum sol iustitiae: et sanitas in pennis eius. Et egredemini et salvebitis sicut vituli de armento: et calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die
qua ego facio dicit dominus exercituum. Memento legis moysi servi mei: quam mandavi ei in oreb ad omnem israhel: precepta et iudicia. Ecce ego mittam vobis helyam prophetam antequam veniat dies domini magni et horribilis. Et convertet cor
patris ad filios: et cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam et percutiam terram anathemate. Explicit ysalachias prophe

Incipit prologus liber hieronimi pre
buerat libros machabeorum.

Machabeorum libri duo pluri-
tant prelia inter hebreos
duces gentemque preclarum:
pugnam sabbatorum et nu-
biles machabei duces triumphos: et cui
noste libri idem sunt numerati. Hec ut
historia ponunt etiam inclita illa gesta
machabeorum fratrum: qui sub antiochi
rege pro sacris legibus dira tormenta
pepessi sunt. Quos mater pia dum
diversis suppliciis urgeretur non solum
non fleuit: sed et gaudes hortabat ad
gloriam passionis. Explicit prologus
Incipit primus machabeorum. I.
Et factum est postquam per-
cussit alexander philippi rex macedo qui
primus regnavit in
grecia egressus de terra cethim devicit regem
darium et medorum obtinuit prelia multa:
et obtinuit omnium munitiones: et interfecit reges terre. Et pertransiit usque ad
fines terre: et accepit spolia multitudinis
gentium: et siluit terra in aspectu eius. Et
congregavit virtutem et exercitum fortem nimis: et exaltatus est et elevatum est cor eius: et
obtinuit regiones gentium et tirannos
et facti sunt illi in tributum. Et post hec
decidit in lectum: et cognovit quia moriturus
est. Et vocavit pueros suos nobiles
qui secum erant nutritos a iuventute sua:
et divisit illis regnum suum cum adhuc
viveret. Et regnavit alexander annis
duodecim: et mortuus est. Et obtinuerunt
pueri eius regnum unusquisque in loco suo:
et imposuerunt omnes sibi diademata
post mortem eius: et filii eorum post eos annis
multis: et multiplicata sunt mala in terra.
Et egressus est ex eis radix peccatrix antiochus
illustris filius antiochi regis qui fuerat
romae obses: et regnavit in anno centesimo tricesimo septimo regni grecorum. In diebus illis egressi sunt ex israel filii
iniqui: et persuaserunt multis dicentes. Eamus et disponamus testamentum cum gentibus quae circa nos sunt: quia ex quo
recessimus ab eis invenerunt nos multa
mala. Et bonus visus est sermo in oculis
eorum. Et destinaverunt aliqui de populo et
abierunt ad regem: et dedit illis potestatem
ut facerent iustitiam gentium. Et edificaverunt gymnasium in hierosolimis secundum
leges nationum: et fecerunt sibi praeputia: et recesserunt a testamento sancto: et iuncti sunt
nationibus: et venundati sunt ut facerent
malum. Et paratum est regnum in conspectu
antiochi: et cepit regnare in terra egypti:
ut regnaret super duo regna. Et intravit in egiptum in multitudine gravi in curribus et elephantis et equitibus et copiosa
navium multitudine. Et constituit bellum
adversus ptolomeum regem egipti: et timuerunt ptolomeus a facie eius et fugit:
et ceciderunt vulnerati multi. Et comprehendit civitates munitas in terra egipti: et accepit spolia terre egypti. Et convertit antiochus postquam expugnavit egiptum in centesimo et quadragesimo et tertio anno et ascendit ad israel: et ascendit hierosolimis in multitudine gravi. Et intravit in sanctificationem cum superbia: et accepit
altare aureum et candelabrum luminis et
universa vasa eius et mensam propositionis et libatoria et scalas et mortariola aurea et velum et coronas et ornamentum aureum quod in facie templi erat: et
contrivit ea. Et accepit argentum et
aurum et vasa contumelia et accepit
thesauros occultos quos invenit: et
sublatis omnibus abiit in terram suam. Et
fecit cedem hominum: et locutus est in

superbia magna. Et factus est planctus
magnus in israel: et in omni loco terre.
Et ingemuerunt principes et seniores:
et iuuenes et virgines infirmati sunt:
et speciositas mulierum immutata est.
Omnis marius sumpsit lamentum: et
que sedebat in thoro maritali lugebat.
Et contrita est terra super habitantes ei ra:
et universa domus iacob induit confusionem. Et post duos annos dies misit
rex principem tributorum ciuitates iuda:
et venit hierusalem cum turba magna. Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo:
et crediderunt ei. Et venit super ciuitatem repente: et percussit eam plaga magna:
et diminuit populum multum de israel. Et accepit
spolia ciuitatis: et succendit eam igni.
Et destruxit domos eius et muros eius
in circuitu: et capiuas duxerunt mulieres et natos: et pecora possiderunt. Et
edificauerunt ciuitatem dauid muro magno et forti et turribus firmis: et facta
est illis in arcem. Et posuerunt illic gentes peccatrices viros iniquos: et roborauerunt
in ea. Et posuerunt arma et escas: et congregauerunt spolia hierusalem et reposuerunt illic: et facti sunt in laqueum magnum.
Et factum est hoc ad insidias sanctificationi et diabolum magnum in israel semper.
Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis: et contaminauerunt
sanctificationem. Et fugerunt habitatores
hierusalem propter eos: et facta est habitatio
alienorum et facta est extranea seminii suo: et
alienati eius reliquerunt eam. Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo: dies
festi eius conuersi sunt in luctum: sabbata
eius in opprobrium: honores eius in nichilum. Secundum gloriam eius multiplicata
est ignominia eius: et sublimitas eius
conuersa est in luctum. Et scripsit rex antiochus omni regno suo: ut esset omnis
populus unus. Et reliquerunt unusquisque
legem suam: et consentiebant omnes gentes
secundum verbum regis antiochi. Et multi
ex israel consentiebant ei: et sacrificauerunt idolis: et coinquinauerunt sabbatum. Et misit
rex antiochus libros per manus
nuntiorum in hierusalem et in omnes ciuitates
iuda: ut sequerentur leges gentium terre: et
prohibuerunt holocausta et sacrificia et libamina
in templo dei: et prohibuerunt
celebrari sabbatum et dies solemnes. Et
iussit coinquinari sanctum et sanctum
populum israel. Et iussit edificari aras et
templa et idola et immolari carnes
suillas et pecora communia: et relinquere
filios suos incircumcisos et coinquinare animas eorum in omnibus immundicis
et abominationibus: ita ut obliuiscerentur legem et immutarent omnes iustificationes dei. Et quicumque non fecisset
secundum verbum regis antiochi morietur.
Secundum omnia verba hec scripsit omni
regno suo: et preposuit principes populo qui hec facere cogerent. Et iusserunt
ciuitatibus iude sacrificare. Et congregati
sunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legem dei: et fecerunt mala super terram:
et effugauerunt populum israel in abditis et
in abscondibus refugiorum locis. Die
quincedecima mensis callen. quinto
et sprageslimo et centesimo anno edificauit rex antiochus abominandum
idolum desolationis super altare dei: et
per uniuersas ciuitates iude in circuitu edificauerunt aras: et ante ianuas
domorum et in plateis incendebant thura
et sacrificabant. Et libros legis dei combusserunt igni scindentes eos: et apud
quemcumque inuenissent libri testamenti
dei et quicumque obseruabat legem dei:
secundum edictum regis necidebant eum. In
uirtute sua faciebant hec populo israel: qui

inuenebatur in omni mense in ciuitatibus. Et quinta et uicesima die mensis
sacrificabant super aram que erat contra
altare: et mulieres que circumcidebant filios suos necidabant secundum iussum
regis antiochi. Et suspendebant pueros
a ceruicibus per uniuersas domos eorum:
et eos qui circumcidebant illos necidebant.
Et multi de populo israel diffinierunt apud se
ut non manducarent immunda: et elegerunt magis mori quam cibis coinquinari
immundis: et noluerunt infingere legem
dei sanctam et necidati sunt. Et facta
est ira magna super israel valde.

In diebus illis surrexit matathias filius
iohannis filii simeonis sacerdos de filiis ioarim ab hierusalem: et consedit in monte modin. Et habebat filios quinque:
iohannan qui cognominabat gaddis: et simonem qui cognominabat thassi: et
iudam qui vocabat machabeus: et
eleazarum qui cognominabat abaron: et
ionathan qui cognominatus apphus.
Hii videbant mala que fiebant in populo
iuda et in hierusalem. Et dixit matathias.
Ve michi. Vt quid natus sum videre
contrictionem populi mei et contrictionem ciuitatis sancte et tradere illam cum datur in manibus inimicorum? Sancta eius facta sunt: templum eius sicut
homo ignobilis. Vasa gloriae eius rapiuia adducta sunt: necidati sunt senes
eius in plateis et iuuenes eius ceciderunt
in gladio inimicorum. Que gens non
hereditauit regnum eius et non obtinuit
spolia eius? Omnis compositio eius
ablata est. Que erat libera facta est ancilla. Ecce sancta nostra et pulcritudo
nostra et claritas nostra desolata est: et
coinquinauerunt eam gentes. Quo ergo
nobis adhuc uiuere? Et scidit vestimenta sua matathias et filii eius: et
operuerunt se cilicio: et planxerunt valde.
Et uenerunt illuc qui missi erant a rege
antiocho: ut cogerent eos qui confugerant in ciuitatem modin immolare
et accedere thura: et a lege dei discedere.
Et multi de populo israel consentientes accesserunt ad eos: sed matathias et filii
eius constanter steterunt. Et respondentes
qui missi erant ab antiocho dixerunt
matathie. Princeps et clarissimus et
magnus es in hac ciuitate: et ornatus
filiis et fratribus. Ergo accede primo et
fac iussum regis sicut fecerunt omnes
gentes et uiri iuda et qui remanserunt
in hierusalem: et eris tu et filii tui inter amicos regis: et amplificaberis auro et argento et muneribus multis. Et respondit
matathias: et dixit magna uoce. Et
si omnes gentes regi antiocho obediunt
ut discedant unusquisque a seruitute legis patrum suorum et consentiant mandatis
eius: ego et filii mei et fratres mei obedimus legi patrum nostrorum. Propitius sit
nobis deus: non est nobis uile relinquere
legem et iustitias dei. Non audiemus
verba regis antiochi: nec sacrificabimus contra legem legis nostre mandata:
ut eamus altera via. Et ut cessauit loqui verba hec: accessit quidam iudeus
in omnium oculis sacrificare idolis super
aram in ciuitate modin secundum iussum
regis. Et vidit matathias et doluit: et
contremuerunt renes eius. Et accensus est
furore secundum iudicium legis: et insiliens
trucidauit eum super aram. Sed et virum qui
rex antiochus miserat qui cogebat immolari occidit in ipso tempore aram destruxit: et zelatus est legem sicut fecit finees zambri filio salomi. Et exclamauit matathias voce magna in ciuitate dicens. Omnis qui zelum habet legis
statuens testamentum exeat post me. Et

fugit ipse et filij eius in montes: et re-
liquerunt quecunq; habebant in ciuitat.
Tunc descenderunt multi ferentes iudicium
et iusticiam in deserto: et ceciderunt ibi ipsi
et filij eius et uxores eorum et pecora eorum:
quoniam indurauerunt super eos mala.
Et nunciauit e uicinis regis et exercitus
qui erat in thrim ciuitate dauid: qui
discesserant viri quidam qui dissipaue-
runt mandata regis in loca occulta in
deserto: et abiissent post illos multi. Et
statim preparauit ad eos: et constituerunt
aduersus eos pluium in die sabbatorum.
Et dixerunt ad eos. Cessetis et nunc ad-
huc? Exite: et facite secundum verbum
regis antiochi: et viuetis. Et dixerunt.
Non exibimus: neq; faciemus verbum
regis ut polluamus die sabbatorum. Et
conuiauerunt aduersus eos pluiu: et no
respondeuerunt illis: nec lapidem mise-
runt in eos nec opplauerunt loca se-
culta dicentes. Moriamur omnes in
simplicitate nostra: testes sunt super
nos celum et terra quod iniuste perdis
nos. Et inuaserunt illis bellu sabbati: et
mortui sunt ipsi et uxores eorum et filij eorum
et pecora eorum: usq; ad mille animas
hominum. Et cognouit matathias et
amici eius: et luctum habuerunt super
eos valde. Et dixit vir proximo suo.
Si omnes fecerimus sicut fratres nostri
fecerunt et non pugnauerimus aduersus
gentes pro animabus nostris et iusti-
cationibus nostris: citius disperdet
nos a terra. Et cogitauerunt in die illa
dicentes. Omnis homo quicunq; uenit
ad nos in bello die sabbatorum
pugnam aduersus eum: et non morie-
mur omnes sicut mortui sunt fratres
nostri in occultis. Tunc congregata e
ad eos synagoga iudeorum fortis viri-
bus et isrl: omnis uolontarius e lege et
omnes qui fugiebant a malis addi-
sunt ad eos: et facti sunt illis ad fuma-
mentum. Et collegerunt exercitum: et percusse-
runt peccatores in ira sua et uiros ini-
quos in indignatione sua: et ceteri fuge-
runt ad nationes ut euaderent. Et cir-
cuiuit matathias et amici eius: et destru-
erunt aras: et circumcideruit pueros incir-
cumcisos quotq; inuenerunt in finibus
isrl in fortitudine. Et persecuti sunt filios
superbie: et profectu e opus in manibus
eorum. Et obtinuerunt legem de manibus
gentium et de manibus regum: et non
dederunt cornu peccori. Et appropinq;
uerunt dies matathie moriendi: et dixit
filijs suis. Nunc confortata e superbia et
castigatio: et tempus euersionis et ira indi-
gnationis. Nunc ergo o filij emulatores
estote legis: et date animas vestras
pro testamento patris. Et memorate opera
patrum que fecerunt in generationibus
suis: et accipietis gloriam magnam et
nomen eternum. Abraham nonne in tem-
ptatione inuentus est fidelis: et reputa-
tum est ei ad iusticiam? Joseph in
tpe angustie sue custodiuit mandatum:
et factus est dus egipti. Finees pater
noster zelando zelum dei accepit testa-
mentum sacerdotij eterni. Jhesus du im-
plenit vbum factus e dux i isrl. Caleph
dum testificatur i ecclesia accepit here-
ditatem. Dauid in sua misericordia
consecutus e sedem regni i secula. Helias
dum zelat zelum legis receptus est in re-
gnum. Ananias azarias et misahel cre-
dentes liberati sunt de flamma. Daniel
in sua simplicitate liberatus est de ore
leonum. Et ita cogitate per generationem
et generationem: quia omnes qui spe-
rant in eum non infirmabunt. Et a verbis
viri peccatoris ne timueritis: quia gla
ius eius et vermis est. Hodie exaltab

et non inuenietur: quia conuersus e
in terram suam: et cogitatus eius peric.
Vos ergo filij confortamini et viriliter
agite in lege: quia in ea eriemini q̃ vobis
preceptum sunt in lege a deo deo vestro: in
ipsa gloriabimini. Et ecce sunt fratres
vestri scio quod vir consilij e. Ipsum
audite semp: et ipse erit vobis pater. Et
judas machabeus fortis viribus a iu-
uentute sua sit vobis princeps militie:
et ipse agat bellum ppli. Et adducetis
ad vos omnes factores legis: et vindi-
cate vindicta ppli vestri. Retribuite re-
tributionem gentibus: et intendite
preceptum legis. Et benedixit eos: et
appositus e ad patres suos. Et defun-
ctus e anno centesimo et quadragesimo sexto
anno: et sepultus est a filijs suis in se-
pulcris patrum suorum in modum: et
planxerunt eum omnes isrl plactu magno.

Et surrexit iudas qui voca- III
batur machabeus filius eius pro
eo: et adiuuabat eum omnes fratres eius
et omnis qui se conuenerat patri eius:
et pliabantur pelium isrl cum letitia. Et
dilatauit gloriam ppli sui: et induit se
loricam sicut gigas et succinxit se arma
bellica sua i preliis: et protegebat castra
gladio suo. Similis factus est leoni
in operibus suis: et sicut catulus leonis
rugiens in venatione. Et persecutus est
iniquos perscrutans eos: et qui conturba-
bant ppli suum: eos succendit flam-
mis: et repulsi sunt inimici eius pre timo-
re eius. Et omnes operarij iniquitatis
conturbati sunt: et directa est salus in
manu eius. Et exacerbabit regem multos:
et letificabit iacob in operibus suis:
et in seculo memoria eius in benedictio-
ne. Et pambulabat ciuitates iuda et
perdidit impios de eis: et auertit ira ab
isrl. Et nominatus est usq; ad nouissimum
terre: et congregauit perditos. Et con-
gregauit apollonius gentes: et a sa-
maria utrumq; mistam et magnam
ad bellandum contra isrl. Et cognouit
iudas et exiit obuiam illi: et percussit
et occidit illum et ceciderunt vulnerati
multi et reliqui fugerunt: et accepit spolia
eorum. Et gladium apollonij abstulit iu-
das: et erat pugnans i eo omnibus diebus.
Et audiuit seron princeps exercitus sy-
rie: quod congregauit iudas congrega-
tionem fidelium et ecclesiam secum. Et ait.
Faciam michi nomen et glorificabor
in regno: et debellabo iudam et eos
qui cum ipso sunt: qui spernebant verbum
regis. Et paratus est: et ascendebat cum
eo castra impiorum fortes auxiliarij ut
facerent vindictam in filios isrl. Et appro-
pinquauit usq; betheron: et exiuit iudas
obuiam illis cum paucis. Vt autem vide-
runt exercitum venientem sibi obuiam:
dixerunt iudi. Quomodo possumus pauci
pugnare contra multitudinem tantam
sicut: nos autem fatigati sumus in
nullo hodie. Et ait iudas. Facile est
concludi multos i manu paucorum: et non
est differentia in conspectu dei celi liba-
re in multis et in paucis: quoniam non
in multitudine exercitus victoria belli:
sed de celo fortitudo e. Ipsi veniunt ad
nos i multitudine cum magna et superbia:
ut disperdant nos et uxores nostras et
filios nostros et ut spoliant nos. Nos
uero pugnabimus pro animabus nris
et legibus nostris et ipse dus conterit
eos ante faciem nostram. Vos autem
ne timueritis eos. Vt cessauit autem lo-
qui insultiuit eos subito: et concisus est
seron et exercitus eius in conspectu ipsius:
et persecutus est eum in descensu bethoron
usq; in campum. Et ceciderunt ex eis
octingenti viri: reliqui autem fugerunt

in terram philistijm. Et cecidit timor
iude ac fratrū eius et formido super
omnes gentes in circuitu eorū: ⁊ peruen-
nit ad regem nomen eius: et de prijs
iude narrabāt omnes gentes. Vt audi-
uit autē rex antiochus sermones istos
iratus est animo: ⁊ misit ⁊ congrega-
uit exercitū omnīsū regni sui castra for-
tia valde. Et aperuit erarium suū: et
dedit stipendia exercitui in annum: ⁊
mādauit illis ut essent parati ad oīa.
Et vidit q̄ defecit pecunia de thesau-
ris suis: et tributa regionis modica
propter dissensionem ⁊ plagā quam
fecit in terra: ut tolleret legitima que
erant a prijmis diebus. Et timuit ne
non haberet ⁊ sumptū et bis in sumptū
et donariua que dederat ante larga
manu: et abūdauerat sup reges qui
ante eū fuerāt. Et cōfortatus erat ado
valde: ⁊ cogitauit ire in persidem ⁊ acci-
pere tributa regionū: ⁊ congregare ar-
gentū multū. Et reliquit lisiam homi-
nem nobilem de genere regali sup nego-
cia regia a flumine eufratem usq; ad
flumen egipti: ⁊ ut nutriret antiochū
filiū suū donec rediret. Et tradidit ei
medietatem exercitū et elephantos: et man-
dauit ei de omnibus que volebat ⁊ de
inhabitantibus iudam et iherusalem: et ut
mitteret ad eos exercitū ad conterendā
et exterminandam virtutem israel ⁊ reliquias
iherusalem et auferendā memoriam eorū
de loco: et ut constituerent habitatores
filios alienigenas in omnīs finibus
eorū: et sorte distribuerent terrā eorū. Et
rex assumpsit partem exercitus residui ⁊
venit ab antiochia ciuitate regni sui
anno centesimo et quadragesimo se-
cundo: et transiuit eufratem flumen:
et pambulabat superiores regiones.
Et elegit hlias ptholomeum filium
dorimini ⁊ nichanorem ⁊ gorgiam viros
potentes et amicis regis: ⁊ misit cum
eis quadraginta milia virorū ⁊ septē
milia equitū: ut venirent i terrā iuda ⁊
disperdere eā secundum verbū regis. Et
profecti sunt cum omni exercitu suo
et venerūt et applicuerunt anna-
uis in terra emaus. Et audierūt mercā-
tores regionis nomen eorū: ⁊ acceperūt
argentū ⁊ aurum nimis valde ⁊ pu-
ros ⁊ venerūt in castra ut acciperent
filios israel in seruos: ⁊ additi sunt ad
eos exercitus syrie et terre alienigenarū.
Et vidit iudas ⁊ fratres eius quia mul-
tiplicata sunt mala: et exercitus appli-
cabat ad fines eorū: ⁊ cognouerūt vr-
bā regis que mandauit pro facere in
interitū ⁊ consumationē. Et dixerunt
unusquisq; ad proximū suū. Eligamus
diem nos nostri: et pugnemus
pro populo nostro et sanctis nostris. Et
congregatus est cōuentus ut essent parati
in prelio: ⁊ ut orarent ⁊ petent misericor-
diam ⁊ miserationes. Et iherusalem non
habitabatur: sed erat sicut desertū. Nō
erat qui ingrederetur et egrederet de ma-
nibus eius: et sanctū cōculcabat. Et filij
alienigenarū erāt in arce: ibi erat habi-
tatio gentiū. Et ablata est voluptas
a iacob: et defecit ibi tibia et citharа.
Et cōgregati sūt ⁊ venerūt i maspha
cōtra iherusalem quia locus oratōnis erat
i maspha ante i israel. Et iejunauerūt
illa die: et induerūt se cilicijs et cinere
imposuerūt capitibus suis: et dissecerūt ve-
stimenta sua. Et extenderūt libros legis
de quibus scrutabātur gentes similitudi-
nem simulacrorū suorū: et amulerūt pri-
mitia sacerdotalia ⁊ primicias ⁊ decī-
mas: et suscitauerunt nazareos q̄ im-
pleuerant dies: et clamauerunt voce
magna i celū dicentes. Quid faciem

istis: et quo eos ducemus? Et sancta
tua cōculcata sūt et cōtaminata sunt:
et sacerdotes eius facti sunt i luctum et
in humilitatē. Et ecce nationes con-
uenerūt aduersum nos: ut nos disper-
dant. Tu scis que cogitāt i nos. Quō
potemus subsistere ante faciem eorū:
nisi tu deus adiuues nos? Et tubis
exclamauerūt voce magna. Et post
hec constituit iudas duces populi: ci-
liarchos et centurriones et pentecontar-
chos ⁊ decanos. Et dixit hijs qui
edificabāt domos et sponsabāt vxo-
res et plantabant vineas ⁊ formido-
losis: ut redirent unusquisq; in domū
suam secundū legem. Et mouerūt ca-
stra: ⁊ collocauerūt ad austrū emma-
um. Et ait iudas. Accinguimini ⁊ esto-
te filij potentes: et estote parati i mane
ut pugnetis aduersus nationes has
que cōuenerunt disperdere nos ⁊ san-
cta nostra: quoniam melius est nos
mori in bello: q̄ videre mala gentis
nostre et sanctorum. Sicut autem fue-
rit voluntas in celo sic fiat. III

Et assumpsit gorgias quinq; mi-
lia virorū: et mille equites electos.
Et mouerunt castra nocte ut applica-
rent ad castra iudeorū: et pugnarent eos
subito. Et filij qui erant e arce erant
illis duces. Et audiuit iudas: et sur-
rexit ipse et potentes pertinent virtutem
exercitū regis: que erant in emmaū.
Adhuc eis dispersus erat exercitus a ca-
stris. Et venit gorgias in castra iude
nocte: et nemine inuenit. Et querebat
eos in montibus: quoniā dixit: fugi-
unt hij a nobis. Et cū diei fact̄ esset
apparuit iudas in campo cum tribus
milibus virorū tantū: qui regumēta ⁊
gladios non habebant. Et viderūt
castra gentium valida: et loricatos et
equitatus in circuitu eorū: et hij docti
ad prelium. Et ait iudas viris qui secū
erant. Ne timueritis multitudinē eorū:
et impetū eorū ne formidetis. Memen-
tote qualiter salui facti sūt patres nrī
in mari rubro: cū sequerentur eos pha-
rao cū exercitu multo. Et nūc clamem⁹
in celum et misereatur nostri dūs: et
memor erit testamenti patrū nostrorū
et conteret exercitum istum ante faciem
nostram hodie: ⁊ scient oīes gentes
quia i deus qui redimat et liberet israel.
Et leuauerūt alienigene oculos suos:
et viderunt eos venientes ex aduerso.
Et egressi sunt de castris in prelium: et tuba
cecinerūt hij qui fuerant cum iuda. Et
congressi sunt: et contrite sunt gentes
et fugerūt in campū. Nouissimi autē
ceciderūt in gladio: et persecuti sūt eos
usq; gezeron et usq; in campos ydu-
mee ⁊ azoti et iamnie: ⁊ ceciderunt ex
illis usq; ad tria milia virorū. Et re-
uersus est iudas: ⁊ exercitus eius sequē-
tes eum. Dixitq; ad populū. Nō concupisci-
tis spolia quia bellū contra nos est:
⁊ gorgias ⁊ exercitus eius ppe nos in
mōtib: sed state nūc contra inimicos
nostros et expugnate eos: et sumetis
postea spolia securi. Et adhuc loquēte
iuda hec: ecce apparuit pars quedam
prospicies de mōte. Et vidit gorgias
q̄ in fugam conuersi sūt sui: ⁊ succensa
sunt castra. Fum⁹ enim qui videbatur
declarabat q̄ factū est. Quibus illi con-
spectis timuerūt valde: aspicientes si-
mul ⁊ iudam ⁊ exercitū in campo pa-
ratum ad prelium. Et fugerūt omnes
in terram alienigenarū: et iudas reuersus
est ad spolia castrorū. Et acceperunt
aurum multum et argentū et iacinctū
⁊ purpurā marinā ⁊ opes magnas:
⁊ conuersi hymnū canebāt ⁊ benedicebāt

dum in celū quoniā bon⁹ est: quī in
seculū misericordia eī. Et facta est sa-
lus magna in israel die illa. Quicūq;
autē alienigenarū mansuēti: venerūt et
miciauerūt filios israel cum omnia que acciderāt.
Quibus ille audiens cōstituebat ad
deuitandū: q̄ nō qualia voluit talia
cōgerēt in israel: et qualia mandauit
rex. Et sequēti anno cōgregauit filios
israel decem milia sexaginta milia et equi-
tum quīq; milia: ut debellaret eos. Et
venerūt in iudeam: et castra posuerūt
in bethoron: et occurrit illis iudas cū
decem milibus virōrū. Et viderūt exercitū
fortem: et orauit et dixit. Benedictus es
saluator israel qui contriuisti impetum
potentis in manu serui sui dauid: et
tradidisti castra alienigenarū i manu
ionathe filij saul et armigeri eī. Con-
clude exercitū istū in manu pōpuli israel:
et cōfundant i exercitu suo et equitib. Da
illis formidinem: et tabefac audaciā
virtutis eorū: et cōmouebunt cōcitatione
sua. Deiice illos gladio diligentū te:
et collaudēt te omnes qui nouerūt no-
men tuū i hymnis. Et cōmiserūt pliū:
et ceciderūt de exercitu filii quīq; milia
virōrū. Videns autē filios suos fugā
et indeorū audaciam: et q̄ parati sunt
aut vincere aut mori fortiter: abiit an-
tiochiam et elegit milites: ut multipli-
cati turbas venirēt i iudeā. Dixit aut
iudas et fratres eī. Ecce deiecti sunt in-
imici nostri: ascendamus mūdare
sancta et renouare. Et cōgregatus est
omnis exercitus: et ascendebat i montē
sion. Et viderūt sanctificationē desertā
et altare: et phanatū: et portas ēcustas:
et in arbōribus virgulta nata sicut in salu-
tū in montib: et pastoforia diruta.
Et laceraūt vestimēta sua et planxerūt
planctu magno: et imposuerūt cinere
super caput suū: et ceciderūt in facie sup
terrā: et exclamauerūt tubis signoru: et
clamauerūt in cēlū. Tunc ordinauit
iudas viros ut pugnarēt adūsus eos
qui erant in arce: donec mundarent
sancta. Et elegit sacerdotes sine mac-
ula volūtatem habentes in lege dei: et
mūdauerūt sancta: et tulerūt lapides
cōtaminationis in locū immūdum.
Et cogitauit de altari holocaustorum
quod phanatū erat: quid de eo facerē.
Et inuenit illi cōsilium bonū ut destru-
ere illud: ne esset illis esset i opprobriū
quia cōtaminauerūt illud gentes: et
deuotiri fuit illud. Et reposuerūt lapi-
des in monte dom⁹ in loco apto:
quoadusq; veniret phēta et responde-
ret de eis. Et acceperūt lapides int-
gros secundū legem: et edificauerunt
altare nouū secundū illud quod fuit
prius: et edificauerūt sancta: et q̄ intra
domū erāt intrinsecus et atrū: et atria
sanctificauerūt. Et fecerūt vasa sancta
nouā: et intulerūt candelabrū et altare
incensoru et mensā i templū. Et incēsū
posuerunt super altare: et accendeūt
lucernas que sup candelabrū erant: et
lucebāt in templo. Et posuerūt super
mensā panes: et appendeūt velamina:
et cōsumauerūt omnia opera q̄ fecerāt.
Et ante matutinū surrexerūt quīta et
vicesima die mensis noui: hic est mēsis
casleu. cum eniq; adoragelimio dauid
anni: et obtulerūt sacrificiū secūdū le-
gem sup altare holocaustoru nouū q̄
fecerāt. Secūdū tempus et secundū die
in qua cōtaminauerūt illud gentes:
in ipsa renouatū est i cantiis et citha-
ris et cimbalis. Et cecidit oīs
pplus i faciē: et adorauerūt et bēdixerūt
in celū eū qui prosperauit eis. Et fecerūt
dedicationem altaris diebus octo: et

obtulerūt holocausta cū letitia: et salu-
taria laudis. Et ornauerūt facie cēpli
coronis aureis et scutulis: et dedicaue-
runt portas et pastoforia: et imposuerūt
eis ianuas. Et facta est letitia in pplo
magna valde: et auersū est opprobriū
gentiū. Et statuit iudas et fratres eī
et universa ecclesia israel ut agatur dies
dedicationis altaris in temporibus
suis ab anno in annū p dies octo: a
quīta et vicesima die mensis casleu cū
letitia et gaudio. Et edificauerunt in
tpe illo mōtem syon et per circuitū mu-
ros altos et turres ferreas: ne quādo
venirent gentes et cōculcarent cū sicut
antea fecerūt. Et collocauit illic exerci-
tum ut seruarent eū: et muniunt eū ad
custodiendā bethsurā: ut haberet pplus
munitionem cōtra faciē idumee.

Et factū est ut audierūt gentes in
circuitu quia edificatū est altare
et sanctuariū sicut prius erat: fuit valde
inter eos: et cepērūt occidere de pplo et
persequi. Et debellabat iudas filios
esau i idumea et eos qui erant in arab-
bathane quia circūsedebant israelitas:
et percussit eos plaga magna. Et recor-
dātus est malitiā filiorū beau: qui erāt
pplo in laqueū et scandalū insidiātes
in via. Et conclusi sūt ab eo in turri-
bus: et applicuit ad eos: et anathema-
tizauit eos: et incendit turres eorū igni
cum omnib qui in eis erant. Et trans-
iuit ad filios ammon et inuenit ma-
num forte et pplm copiosū: et simo
them ducē ipōrū. Et cōmisit cum eis
plia multa et contriti sūt in conspectu
eōrū et pauēt eos: et cepit iazer diuitē
et filias eius: et reuersus est in iudeam.
Et congregate sūt gentes que sunt in
galaad adūsus israelitas qui erant in
finibus eorū ut tollerent eos: et fugerūt
in dathemam munitionē: et miserūt
literas ad iudam et fratres eī dicētes.
Congregate sūt aduersū nos gentes
per circuitū ut nos auferant: et parāt
venire et occupare munitionē in quā
cōfugimus: et timotheus est dux exercitus
eorū. Nūc ergo veni et eripe nos de ma-
nibus eorū: quia cecidit multitudo de
nobis. Et omnes fratres nostri q̄ erāt
in loco tubin interfecti sūt: et capti sūt
duxerūt uxores eorū et natos et spolia:
perierūt illic fere mille virōrū. Et ad-
huc epistole legebantur: et ecce alij nūtij
venerunt de galilea consilia nunciis
nūciantes secundū verba hec: dicentes
cōtriuisse aduersū se. a ptholomaida
et tyro et sydone: et repleta est omnis
galilea alienigenis: ut nos cōsumāt.
Vt audiuit autē iudas et pplus secundo
nos istos: conuenit ecclesia magna ro-
gitare quid facerent fratribus suis qui
in tribulatione erant et expugnabant
ab eis. Dixitq; iudas hymoni fratri
suo. Elige tibi viros et vade et libera
fratres nostros i galilea: ego autē et frater
meus ionathas ibimus i galaditidem.
Et reliquit iosephū filiū zacharie et
azariā duces pplī cū reliquo exercitu
in iudea ad custodiam: et precepit illis
dicens. Preestote pplo huic: et nolite
bellū cōmittere adūsum gentes donec
reuertamur. Et dati sunt hymoni viri
tria milia ut ire in galileā: iude autē
octo milia i galaditidem. Et abijt sy-
mon i galileam: et cōmisit plia multa
cum gentib. Et contrite sūt gentes a
facie eius: et persecutus est eos usq; ad
portam ptholomaidis. Et ceciderūt de
gentib fere tria milia virōrū: et acce-
pit spolia eorū. Et assūpsit eos q̄ erāt
in galilea et captiuis cum uxoribus

et natis ⁊ omnibus que erant illis: ⁊ ad-
duxit i iudā cū leticia magna. Et iu-
das machabeus et ionathas ⁊ fres eius
transiuit iordanem: et abierūt viam
trium dierū in deserto. Et occurrerūt eis
nabuthei et susceperūt eos pacifice: et
narrauerunt eis omnia que acciderāt
fratribus eorū i galaadide: ⁊ quia multi
ex eis comphensi sūt in bazara ⁊ bosor
et in alimis ⁊ in rasphor ⁊ mageth et
carnaim. Hec omnia ciuitates munite
et magne. Sed ⁊ in ceteris ciuitatibus
galaadidis eorum cōprehensi. Et in
crastinū constituerūt admouere exercitum
ciuitatibus hijs: ⁊ cōprehendere et
tollere eos i vna die. Et conuersi sunt
et exercitus eius viam in desertū bosor
repente: et occupauerūt ciuitatem ⁊ occi-
dit omnem masculū in ore gladij: et
accepit omnia spolia eorū et succendit
eam igni. Et surrexerūt inde nocte: et
ierunt usq; ad munitionem. Et factum
est diluculo cū eleuassent oculos suos:
et ecce ipsi multus cui? nō erat numerus:
portantes scalas ⁊ machinas ut
comphenderent munitionē et expugna-
rent eos. Et vidit iudas quia cepit bel-
lum: ⁊ clamor belli ascendit ad celum
sicut tuba: ⁊ clamor magnus de ciui-
tate. Et dixit exercitui suo. Pugnate
hodie pro fratribus vestris. Et venit ter-
tius ordinibus post eos: et reclamaue-
runt tubis: et clamauerūt i oratione.
Et cognouerūt castra timothei quia
machabeus est: et fugerūt a facie eius.
Et percussit eos plaga magna: et
ceciderūt ex eis i die illa fere octo milia
virorū. Et diuertit iudas in maphat ⁊
expugnauit et cepit eam: et occidit o-
mnem masculum eius ⁊ sumpsit spolia
eius: et succendit eam igni. Inde profect
et cepit calbon. et maged et bosor: et
reliquas ciuitates galaadidis. Post
hec autem verba congregauit timo-
theus exercitum aliū: et castra posuit
contra raphon transitorium. Et misit
iudas speculari exercitū: et renuntiaue-
runt ei dicentes. quia cōuenerūt ad eū
omnes gentes que i circuitu nos sunt:
et exercitus multus nimis. Et arabas
conduxerūt in auxilium sibi: ⁊ castra
posuerūt transitorium parati ad et
venire in pluū. Et abijt iudas obuiā
illis. Et ait timotheus principibus
exercitus sui. Cū appropinquerit iudas
et exercitus eius ad torrentem aquarum: si māsu-
erit ad nos prior. nō poterimus sustinere
eū: quia omnis potestate adūsum nos.
Si vero timuerit transire et posuerit
castra extra flumē: trāsibimus ad eos:
et poterimus aduersus illū. Vt autem
appropinquit iudas ad torrentem aque
fecit scribas qui seuis torrentem: et
mandauit eis dicens. Nemine hoīm
relinquatis: sed veniat omnes in pluū.
Et trāsiuerunt ad illos prior: ⁊ omnis
ipsi post eum. Et contriti sunt omnes
gentes a facie eius: et percussi arma
sua: ⁊ fugerunt ad phanū qd erat in
carnaim. Et occupauit ipsam ciuita-
tem: et phanū succendit igni cū omnibus
que erāt i ipso. Et expulsa ē carnaim:
et nō potuit sustinere vltra facie iude.
Et congregauit iudas omnes ysraelitas
qui erāt in galaadide a minimo usq;
ad maximū: et vxores eorū ⁊ natos ⁊
exercitū magnū valde: ut venirent in
terrā iude. Et venerūt usq; ephron: et
hec ciuitas magna i ingressu posita
munita valde. Et non erat declinare
ab ea dextra vel sinistra: sed per mediā
ire erat. Et inclusserunt se qui erant in
ciuitate: et obstruxerunt portas lapi-
dibus. Et misit ad eos iudas verbis

pacificis dicens. Transeam? per terrā
vestram ut eam? in terrā nostrā: et ne-
mo vobis nocebit: tantū pedibus trāsi-
bimus. Et noluerunt eis aperire. Et
precepit iudas pdicare i castris: ut appli-
carent vnusquisq; i quo erat loco. Et ap-
plicuerūt se viri circuitus: et oppugna-
uit ciuitatē illā tota die ⁊ tota nocte:
et tradita est ciuitas in manu eius. Et
interfecit omnē masculū i ore gladij:
et tradiderūt eam ⁊ accepit spolia eius:
et transiuit per totam ciuitatem super
interfectos. Et trāsgressi sūt iordanem
in campo magno contra faciē bethsan.
Et erat iudas congregans extremos: et
exhortabatur ipsum per totam viam
donec venirent i terram iuda. Et ascen-
derunt i montem sion cū leticia et gau-
dio: et obtulerūt holocausta: q nemo
ex eis ceciderit donec reuerterentur in
pace. Et in diebus quibus erat iudas ⁊
ionathas in terra galaad. et simon
frater eius i galilea contra faciē ptho-
lomaidis audiuit ioseph? zacharie
filius ⁊ azarias principes virtutis et
bene gestas: et prelia que facta sūt: et
dixit. Faciam? ⁊ ipi nobis nomen: ⁊
eam? pugnare adūsus gentes que in
circuitu nostro sūt. Et precepit hijs qui
erant i exercitu suo et abierūt iāniam:
⁊ exiuit gorgias de ciuitate ⁊ viri eius
obuiā illis in pugnā. Et fugati sunt
ioseph? ⁊ azarias usq; i fines iude:
et ceciderūt illa die ex ipso ysrel ad duo
milia viri. Et facta est plaga magna
in ipso: quia non audierūt iudam et
fratres eius: existimantes fortiter se facturos.
Ipsi autē nō erāt de semine eorū
illorū: per quos salus facta est in ysrel.
Et vir iuda magnificatus sūt valde in
conspectu omnis ysrel et gentū omniū:
vbi audiebat nomē eius. Et cōuenerūt
ad eos laudantes acclamantes. Et exiuit
iudas et fratres eius ⁊ expugnabant
filios esau in terra que ad austrū est:
⁊ percussit chebron ⁊ filias eius: et muros
eius et turres eius succendit igni i circuitu.
Et mouit castra ut iret in terram alie-
nigenarū: ⁊ pambulabat samariam.
In illa die ceciderūt sacerdotes i bello
dum volūt fortiter facere: dū sine con-
silio egrediūt i pruliū. Et declinauit iu-
das in azotū in terra alienigenarū: et
diruit aras eorū et spolia deorū eorū
succendit igni: et cepit spolia ciuitatū
et reuersus est in terram iuda. ¶

Et rex antiochus perambulauit
superiores regiones. Et audiuit
esse ciuitatem elimaidem in perside no-
bilissimā et copiosam in argento et
auro: templūq; in ea locupleq; valde.
Et illic velamina aurea et lorice ⁊ scu-
ta: que reliquit alexander philipi rex
macedo qui regnauit prius? in grecia.
Et venit et quesiuit capere ciuitatem
et depdari eam: et nō potuit quoniā
innouit seruo hijs qui erant in ciui-
tate. Et insurrexerūt in pliū et fugit
inde: et abijt cū tristicia magna: et re-
uersus ē babilonā. Et venit qui nun-
iarent ei i perside: quia fugata sūt castra
que erant in terra iuda: et quia abijt
lisias cū virtute forti in primis ⁊ fugat?
est a facie iudeorū: ⁊ inualuerūt armis
et viribus et spolijs mlts que ceperant
de castris que expulerūt: et quia diruer-
unt abominationem quam edificaue-
rant super altare quod erat i ybrim ⁊
sanctificationem sicut prius circūdede-
runt muros eccle: sed et bethsuram
ciuitatē suā. Et factū ē vt audiuit rex
sermones istos expauit et cōmotus ē
valde: ⁊ decidit in lectum ⁊ incidit in
languorem p tristiciā: quia nō ē factū

sicut rogitabat. Et erat illic dies multos: quia remouata ē ē eo tristicia magna: et arbitratus ē se mori. Et vocauit ꝰnos amicos suos: et dixit illis. Recessit somnus ab oculis meis: et cōcidi et corrui corde pre solicitudine. Et dixi in corde meo. Qn quātam tribulationē ductus: z in qs fluctꝰ tristicie in qua nūc sum: qui iocūdus erā et dilectus in potestate mea. Sed ecce reminiscor malorꝫ que feci i ierlm: unde et abstuli omnia spolia aurea et argētea que erant in ea: et misi auferre habitantes iudeam sine causa. Cognoui ergo quia ꝓpterea inuenerunt me mala ista: z ecce pereo tristicia magna in terra alina. Et vocauit philippum unū de amicis suis: et ꝓposuit eū sup universū regnū suū. Et dedit ei diadema: et stolā suā et annulū: ut adduceret antiochū filiū suū et nutriret eū et regnare. Et mortuus est illic antiochus rex anno centesimo quadragesimonono. Et cognouit lisias quoniam mortuꝰ est rex: z cōstituit regnare antiochū filiū eius quem nutriuit ad dolescentiam: z vocauit nomen eius eupatorem. Et hij qui erāt in arce concluserant israel in circuitu sanctorū: et ꝗrebāt eis mala suay ad firmamentum gentiū. Et rogitauit iudas disperdere eos: et cōuocauit universū ꝓlm ut obsidēt eos. Et cōuenerūt simul: et obsederūt eos anno centesimo quinquagesimo: et fecerūt balistas et machinas. Et exierunt quidam ex eis qui obsidebātur: et adiuerunt se illis aliqui impios ex israel: z abierūt ad regem et dixerūt. Quousq; nō facis iudiciū: et vindicas fratres nostros? Nos decreuimꝰ seruire patri tuo et ambulare in ꝓcepts eius z obsequi edictis eius: et filij ꝓpli nostri ꝓter hec alienabant se a nobis. Et quicq; inuenebātur ex nobis interficiebant: et hereditates nostre diripiebātur. Et non ad nos tantū extendērūt manū: sed z in ꝰnos fines nostros. Et ecce applicuerūt hodie ad arcem iu ierlm occupare eam: et munitionē in bethsurā muniebāt. Et nisi ꝓueneris eos velocꝰ maiora ēt hec faciēt: et non poteris obtinere eos. Et iratus est rex ut hec audiuit: et conuocauit omnes amicos suos: et principes exercitus sui: z eos qui sup equites erant. Sed z a regnis alijs et de insulis maritimis venerūt ad eū: exercitꝰ conductiꝰ. Et erat numerus exercitꝰ eius centum milia pditum et viginti milia equitū: z elephātī viginti duo: docti ad pliū. Et venerunt per ydumeā z applicuerūt ad bethsuram: et pugnauerūt dies multos: z fecerūt machinas. Et egressi et succenderūt eas igni: et pugnauerūt viriliter. Et recessit iudas ab arce: z mouit castra ad bethzacharam contra castra regis. Et surrexit rex ante lucam: et cōstituit exercitus imperū contra viam bethzacharam. Et comparauerūt se exercitus in pliū: et tubis cecinerūt. Et elephantis ostendebant sanguinē vue et mori: ad arcendos eos in pliū. Et diuisērūt bestias per legiones: z affixerūt singulis elephātis mille viri-in loricis concatenatis et galee ere i capitibꝫ eorꝫ: et quingēti equites ordinati unicuiq; bestie electi erant. Hij aute erant ubi cunq; erat bestia ibi erāt: et quocūq; ibat ibāt: z nō discedebāt ab ea. Sed et turres ligneē sup eos erant, ꝓtegēs sup singulas bestias: z super eas machine. Et super singulas viri virtutis triginta duo qui pugnabāt de suy: et intus magister bestie. Et residuū equitum hinc et inde statuit in duas partes: tubis exercitū cōmouere: et pugnare conspicuos in legionibus suis. Et ut refulsit sol in clipeos aureos et ereos refulsiderūt mōtes ab eis: z refulsiderūt sicut lāpades ignis. Et distracta est pars exercitꝰ regis ꝑ mōtes excelsos: et alij ꝑ loca humilia: z ibāt caute et ordinate. Et cōmouebātur omnes inhabitantes terrā a voce multitudinis eorꝫ: et incessu ierte z collisione armorꝫ. Erat enī exercitus magnus valde et fortis. Et appropiauit iudas et exercitus eius in preliū: et ceciderūt de exercitu regis sexcenti viri. Et vidit eleazar filij saura unā de bestijs loricatā loricis regis: et erat omnes sup cetras bestias. Et visum est ei q̄ in ea esset rex: et dedit se ut liberaret ꝓlm suū: z acquireret sibi nomen eternū. Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis interficiens a dextris z a sinistris: z cadebant ab eo hinc atq; illuc. Et iuit sub pedes elephātis et supposuit se ei: et occidit eū et cecidit in terram super ipm: et mortuus est illic. Et videres virtutem regis z impetū exercitus eius. diuerterūt se ad eis. Castra autem regis aperuerūt cōtra eos in ierlm: et applicuerūt castra regis ad iudeam et montem syon. Et fecit pacem cū hijs q̄ erāt i bethsura: z egressi de ciuitate quia non erant eis ibi alimenta reuclusi: quia sabbata erant tere. Et comprehendit rex bethsuram et constituit ibi custodia seruare eam: et mouit castra ad locū sanctificationis dies multos. Et statuit illic balistas z machinas: z ignis iacula z tormenta ad lapides iaciēdos: et spicula: z scorpidos: ad mittendas sagittas: z funibula. Fecerūt autem et ipsi machinas aduersus machinas eorꝫ: et pugnauerūt dies multos. Sed aute non erant in ciuitate eo q̄ septimus annus esset: et qui remāserant i iudea de gentibꝫ conspiserant reliquias eorꝫ que reposite fuerant. Et remanserunt in sanctis viri pauci quoniā obtinuerat eos fames: z dispersi sūt unusq;q; i locū suū. Et audiuit lisias q̄ philippus quē cōstituerat rex antiochus cū adhuc viuēt ut nutriret antiochū filiū suū et regnare. reuersus est a persidē z media z exercitus qui abierat cū ipso: et quia querit suscipere regni negotia. Et festinauit ire: z dixit ad regem et duces exercitus. Defecimꝰ cotidie et esca nobis modica est: et locus quem obsidemꝰ est munitꝰ: z incūbit nobis ordinare de regno. Sed eamꝫ demus degentes hominibꝫ istis: et faciamus cū illis pacem z cū omni gente eorꝫ: z constituamꝰ illis ut ambulēt in legitimis suis sicut ꝓus. Propter legitima eorū ipsorꝫ que despeximꝰ irati sunt: et fecerūt omnia hec. Et placuit sermo in conspectu regis et principū: et misit ad eos pacem facere et cepērūt illā: et iurauit illis rex et principes et egressi de munitione. Et iurauit rex montem syon et vidit munitionem loci: et rupit iusiu iuramentū quod iurauit: et mandauit destruere murū i gyro. Et discessit festinauter z reuersus est antiochia: et inuenit philippum dominantem ciuitati: z pugnauit aduersus eū z occupauit ciuitatē. Cap iij

Anno centesimo quinquagesimo et primo exiuit demetrius seleuci filius ab urbe roma: et ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimā: et regnauit illic. Et factū est ut ingressus est domū regni patrum suorum

comphendit exercitus antiochū et lisi-
as ut adducerent eos ad eū: et ceteri
innouauit: et ait. Stolite michi ostende-
re faciem eorū. Et occidit eos exercitus.
Et sedit demetrius super sedem regni
suī: et venerūt ad eū viri iniqui et im-
pii ex israel et alchimus dux eorū: qui vo-
lebat fieri sacerdos. Et accusauerunt
plm apud regem dicentes. Perdidit
iudas et fratres eius omnes nos et nos
dispersit de terra nostra. Mittat ergo
mittet virū tui credis ut eat et videat
et cognoscat omne quod fecit nobis i
regionibus regis: et punisit omnes ami-
cos eius et adiutores eorū. Et elegit
rex ex amicis suis bachidem qui domi-
nabat trans flumen magnū i regno
et fidelem regi: et misit eum ut videret
et cognosceret quod fecit iudas. Sed et
alchimū impiū cōstituit i sacerdotiū:
et mandauit ei facere vengeancē filio
israel. Et surrexerūt et venerūt cū exercitu
magno in terram iuda: et miserunt
nuncios et locuti sūt ad iudam et ad
fratres eius verbis pacificis in dolo:
et nō intendēt sermonibus eorū. Vide-
runt enī quia venerunt cū exercitu ma-
gno: et conuenerūt ad alchimū et bachi-
dem congregatio scribarū requirere iu-
stia sūt. Et primi assidei qui erāt in
filijs israel: et requirebant ab eis pacem.
Dixerūt enī. Vnus sacerdos de semi-
ne aaron venit: non decipiet nos. Et
locutus est cū eis verba pacifica: et iura-
uit illis dicens. Non inferemus vobis
malū: neq; amicis vestris. Et credide-
runt ei. Et cōprehdit ex eis sexaginta
viros: et occidit eos in una die secun-
dum verbū quod scriptū est. Carnes
sanctorū tuorū et sanguinem ipsorū
effudērūt i circuitu ierusalem: et nō erat q̄
sepeliret. Et incubuit timor et timor
in omnem plm: quia dixerūt. Non est
veritas et iudiciū in eis. Transgressi
sunt enī constitutū: et iusurandū qd
iurauerūt. Et mouit bachides castra
ab ierusalem et applicuit in bethzacha: et
misit et comphendit multos ex eis qui
a se refugerant: et quosdam de plo
macauit: et in puteū magnū iecit.
Et cōmisit regionem alchimo: et reli-
quit cū eo auxiliū in adiutorium ipsi.
Et abijt bachides ad regem. Et satis
agebat alchimus pro principatu sa-
cerdotij sui. Et cōuenerūt ad eū omnes
qui perturbabāt plm suū: et obtinu-
erunt terram iuda: et fecerūt plagam
magnā i israel. Et vidit iudas omnia
mala que fecit alchimus et q̄ cum to-
tant filijs israel plus multo q̄ gentes:
et exijt in omnes fines iudee i circuitu
et fecit vindictam in viros desertores:
et cessauerūt ultra egire in regione. Vi-
dit autem alchimus quod prualuit
iudas et qui cū eo erant et cognouit
quia nō potest sustinere eos: et regres-
sus est ad regē: et accusauit eos multis
criminibus. Et misit rex nichanorem
unū ex principibus suis nobilioribus q̄
erat inimicissimus exercens contra israel:
et mandauit ei exercere plm. Et venit
nichanor i ierusalem cū exercitu magno:
et misit ad iudam et ad fratres eius cū
dolo verbis pacificis dicens. Non sit
pugna inter me et vos. Veniā cū viris
paucis: ut videam faciem vestram cum
pace. Et venit ad iudam et salutaue-
runt se invicem pacifice: et hostes pa-
rati erant rapere iudā. Et innouit ser-
mo inde quoniā cū dolo venerat ad
eum: et concitus est ab eo: et amplius
noluit videre faciem eius. Et cognouit
nichanor quū denudatū est cōsilium
eius: et exijit obviam iude in pugnā
iuxta capharsalama. Et ceciderūt de
nichanoris exercitu fere quinq; milia
viri: et fugerunt in ciuitatē dauid. Et
post hec verba ascendit nichanor in
montem sion: et egressus de sacerdo-
tibus plm salutare eū in pace: et demon-
strare ei holocaustomata q̄ offerebant
pro rege. Et irridens spreuit eos et pol-
luit: et locutus est iuste: et iurauit cū
ira dicens. Nisi traditus fuerit iudas
et exercitus eius in manus meas: conci-
nnio cū regressus fuero in pace succen-
dam domū istam. Et exijt cū ira ma-
gna. Et intrauerunt sacerdotes et ster-
erunt ante faciem altaris et templi: et
flentes dixerūt. Tu dne elegisti domū
istā ad invocandū nomen tuū in ea:
ut esset domus orōnis et obsecrationis
plo tuo. Fac vindictā i homine isto
et exercitu eius: et cadant in gladio. Me-
mento blasphemias eorū: et ne dedas
eis ut permaneāt. Et exijt nichanor ab
ierusalem et castra applicuit ad bethoron:
et occurrit illi exercitus syrie. Et iudas
applicuit in adarsa cū tribus milibus
viris. Et orauit iudas et dixit. Qui
missi erāt a rege sennacharib domine
quia blasphemauerūt et exijt angelus
et percussit ex eis centum octoginta quinq;
milia: sic conteret exercitum istū in con-
spectu nostro hodie et scient ceteri quia
male locutus est sup sancta tua: et iu-
dica illū secundum malitiam illius. Et
commiscuerunt exercitus pilum tertiade-
cima die mensis adar: et contrita sūt
castra nichanoris: et cecidit ipse primus
in pilo ut autem vidit exercitus eius
quia cecidisset nichanor projecerūt ar-
ma sua et fugerūt: et persequti sunt eos
viā vnius diei ab adasa: usquequo
veniatur in gazara: et tubis cecinerūt
post eos cū significationibus. Et exierūt
de omnibus castellis iudee in circuitu:
et venebātur eos cornibus: et conuer-
tebantur iterū ad eos. Et ceciderunt o-
mnes gladio: et non est relictus ex eis
nec unus. Et acceperūt spolia eorū in
predam: et rapuerūt nichanoris ampu-
tauerūt et detortā eius quā extenderat
sursū: et attulerūt et suspenderūt con-
tra ierusalem. Et letatus est plo valde: et
egerūt diem illā in letitia magna. Et
constituit agi omnibus annis die istā
est subditū esse deo: et mortalem non paria deo sentire. Orabat autem hic scelestus dōm a quo nō esset misericordiam cōsecutur⁹: et ciuitatem ad quā festināo veniebat: ut eā ad solū deducere ac sepulcū cōgerdoz facere. nūc optat liberā reddere: et iudeos quos nec sepultura quidem se dignos habituum. sed auibus ac feris dicipiendos⁹ tradituū: et cum paruulis exterminatū dixerat equales nunc atheniensibus factū pollicetur: multum etiā sanctum qd prius exspoliauerat: opimis donis donaturū: et sancta vasa multiplicaturū: et primitias ad sacrificia sumpt⁹: de redditibus suis prestaturū: sup hec ⁊ iudeum se futurū: et omnem locū ire pambulaturū: et pdicaturū dei potestat⁹. Sed nō relāxāb⁹ doloribus: fuguerat enī eū in eū iustum dei iudiciū: deprehēs implit ad iudo⁹ in hunc modū deprcationis epistolā hec cōtinent. Optimis auibus iudeis: plurima salutem et bene valere: et esse felices: rex et princeps antiochus. Si bene valetis ⁊ filij vestri et res secundā vobis cuncta sūt: maximas agimus gratias. Et ego i infirmitate cōstitut⁹ vestri autem maior huiusce rei cura de presidis locis et infirmitate graui apprehensus necessariū duxi p̄ cōmuni utilitate curam habere: non desperās meritūm: sed spem multam habens⁹ effugiendi infirmitatē. Respicēs aūt qd et pater meus quibus temporibus in locis superioribus ducta regnum obtendit ⁊ pst se suscipere principatū: ut si quid contrariū accideret aut difficile nūciare: sciens hij q̄ i regionibz erant cui esset regnum summa deducta non turbarent: ad hec considerans et proximo potentes quosq; et vicinos: temporibz insidiātes et eventum expectātes: delegauī filiū meū antiochū regem quē sepe recurrens in superiora regna multis rebus cōmendabā: et scripsi ad eū que libeta sūt. Oro itaq; vos et pro memores beneficiorū publice ⁊ priuatim: ut unusquisq; cōseruet fidem ad me et ad filiū meū. Confido enim eum modeste et humane aduersū te sequturū ꝓpositum meū: et cōmune vobis fore. Igit hominida ⁊ blasphemus pessime passus: ⁊ ut ipse alios tractauerat: pegre in montibz miserabili obitu vita fuctus ē. Erāsrebat aūt eorū⁹ philippus collactaneus⁹: qui mercatus filiū antiochi ad ptolomeū philomethora i egiptū abiit.

Machabeus aūt ⁊ qui cum eo erāt dūo se ꝓpēdere ꝓpli quid ⁊ ciuitatē repēt: aras aūt quas alienigene p plateas struxerant: iōz delubra deuolis ē. Et purgato templo aliud altare fecerūt: et de ignibz lapidibz igne cōcepto sacrificia obtulerūt post biennū: ⁊ incensum et luceruas ⁊ panes propositionis posuerūt. Quibz gestis rogabāt dōm ꝓtani in terrā: ne amplius talibus malis incideret. Sed ne si quādo peccasset: ut ab ipo minus corriperent: et nō barbaris ac blasphemis hominibz traderentur. Quā die aūt emuplū ab alienigenis polluta fuerat: contigit eadem die purificationē fieri vicesima et quīta mensis qui fuit casleu. Et cum letitia diebz octo egerūt in modū tabernaculoz: recordātes: q̄ ante modicū temporis diem solemnē tabernaculoz: i mōtibz et in speluncis more bestiarū egerant: propter qd cirlos et ramos virides ⁊ palmas pferebāt ei: q̄ pfecauit mundare locū suū. Et decreuerūt cōmuni

precepto et decreto universe gentis iudeorū omnibus annis agere dies istos. Et antiochi quidem qui appellatus est nobilis: vite excessus ita se habuit. Nunc aūt de eupatore antiochi impij filio que gesta sunt narrabimus: breuātes mala que i bellis gesta sūt. Hic cum suscepto regno cōstituit suū negotia regni habui quēdā phenix⁹ et fuit militie princēp. Mā ptolome⁹ qui dicebatur macre: iniqui tenere cōpa iudeos esse constituit: et ꝓcipue ꝓter iniquitatē que facta erat in eos: et pacē agere cū eis. Sed ob hc accusat⁹ ab amicis apud eupatorē: cū frequēter prodiror audiret eo q̄ cypru reduxerat sibi a philometore desciuisset: et ad antiochum nobile translatus: etiam ab eo recessisset: veneno vitam finiuit. Gorgias aūt cum esset dux locoz alienigenis adunis frequēter iudeos debellabat: indei vero qui erāt opportunas munitiones fugatos ad theroloimus suscipiebāt: ⁊ bellare ꝓtabant. Hij vero qui erant cū machabeo per orationes dominū rogantes ut esset sibi adiutor: impetū fecerūt i munitiones ꝓximoz: multaq; vi infestēs loca obtinuerūt: occurrentes intercepiunt: et ptes simul nō unq̄ a viginti quinq; milibz trucidauerūt. Quidā aūt cum cōfugissent in duas turres valde munitas: omnē apparatum ad repugnandū habentes: machabeus ad eorum expugnationē relicto simone ⁊ iosepho ieniq; zacheo: esq; qui cum ipis erant sane multis: ipe ad eas q̄ amplius purgebāt pugnas cōuertit. Hij vero q̄ cū simone erāt cupiditate ducti a quibusdā qui in turribz erāt suasi sunt pecunia: ⁊ septuaginta milibus didragmis acceptis dimiserūt quosdā effugere. Cū aūt machabeo nūciatū esset qd factum est: principibus ꝓli cōgregatis: accusauit q̄ pecunia fratres venudissent: aduersarijs eoz dimisso. Hos igit ꝓditores fatos interfecit: ⁊ cōfestī duas turres occupauit. Armis aūt ac manibz omnia prosper agendo in duabus munitionibz plusquā viginti milia genuit. Et nimotheus qui prius a iudeis fuerat superatus conuocato exercitu peregrine multitudinis ⁊ cōgregato equitatu asiano adueniet: quasi arnuis iudeam capturus. Machabeus autem et qui cum ipo erant appropinquāte illo deprecabantur dōm caput terra aspergentes: lumbosq; ciciqs pūncti: ad altaris repidinē pnolunt: ut sibi propit⁹ inimicis autem eoz esset inimicus: ⁊ adūsarijs adūsarē sicut ipe dicit. Et ita post orationē supis armis longius de ciuitate pedētes: et pauci hostibz effecti resederūt. Primo aūt solis ortu utriq; commiscuerūt: isti quidem victorie et prosperitatis spōsores cum virtute dōm habētes: illi autem ducē belli animū habebāt. Sed cum ventū pugna esset apparuerūt adversarijs de celo viri quinq; in equis frenis aureis decori ducatū iudeis prestantes: ex quibus duo machabeum medū habētes armis suis accepto incolumem cōtegebāt: i adūsarios aūt tela et fulmina iaciebāt: et quo et cecitate confusi et repleti perturbantur ce debāt. Interfecti sunt aūt viginti milia quingēti ⁊ equites septem. Nimotheus vero confugit in gazaram preliū munitū cui pēat teras: machabeus aūt et qui cū eo erant letāt⁹ obsedēt preliū diebz quatuor. At hij q̄ intus erant loci firmitate cōfisi

supra modū maledicebant · et manuū
nuū phanūos iactabant · sed cum
dies quinta illuscesceret vigili iuuenes
et hijs qui cum machabeo erāt accen-
si animis, pter blasphemiā virilier
accesserunt ad murū · et feroci animo
incedentes aferendebāt: sed et alij simi-
liter aferendētes turres pontasq; succen-
dere aggressi sūt · atq; ipos maledicē-
tiuos cōcruciare. Per cōmunum aūt
biduū ēsidio vastato timotheum oc-
cultanē se in quodam spiraculo loco
pereuerunt: et fratres illius ceciderē
et apollofanē occiderūt. Omnibus gesti-
in ymnis et confessionibus benedice-
bant dominum qui magna fecit in
israel: et victoriam dedit illis. XV

Sed parvo post tpore lisias pro-
curator regis et propinquus ac
negocijs prepositus graviter ferens
de hijs que accidēr: cōgregatis octo-
gīta milibus et equitatu omnīo ve-
niebat adversum iudeos existimans
se ciuitatem quidem captam gentibus
habitacla facturū: templū vero in pe-
runie questū sicut cetera delubra gen-
tium habitaus: et y singulos annos
venale sacerdotiū · nulliq; recognitās di
potestatem: sed neque efferatas · i mul-
titudine pediū et in militis equitum
et in odoguta elephātis conflibebat.
Ingressus aūt iudā et appropians
bethsure que erat in angusto loco ab
ierosolima in vallo quīq; stadijs:
illud ēsidiū expugnabat. Et autem
machabeus et qui cū eo erant cognō-
uerūt expugnari ēsidia: cum fletu et
lacrimis rogabāt dominū · et omnis
turba simul: ut bonū āgelum mitteret
ad salutē israel. Et ipe primus machab⁹
sumpsis armis cetera ad hortatus est
simul cum periculum subire: et bene
auxilū fratribus suis. Cūq; pariter
prōpto animo predētē ierosolimis
apparuit predēs eos eques i veste can-
dida: armis auratis hastam vibrās.
Tunc omnes simul benedixerūt miseri-
cordem dōm: et cōualuerūt animis:
nō solū tyrannos sed et bestias ferocissi-
mas et muros ferreos parati pueera-
re. Ibant igitur pmpti: de celo habēte
adiutorio et miserantem sup eos dōm.
Ieronum autem more impetu irruētes
in hostes, straverunt et eis undecim
milia peditū et equitū mille seccentos:
omnes aūt in fugā verterūt: plures
autem ex eis vulnerati nudi evasērūt.
Sed et ipe lisias turpiter fugiēs evasit.
Et qā nō infensus erat: secū ipe repu-
tans factum esse de diminutionē · et
intelligens invictos esse hebreos di
omnipotentis auxilio niterentes · misit
ad eos, pmittēs se cōsensurū omnibus
que iusta sunt: et regem compulsurū
amicū fieri. Annuit aūt machabeus
petibus lisie: in omnibus vtilitati con-
sulens. Et quecūq; machab⁹ scripsit
lisie de iudeis: ra rex concessit. Nam
erāt scripte iudeis epistole a lisia signi-
ficantes hunc modū conuenere. Lisias
ipso iudeorū saluam. Iohannes et a-
bessalon qui missi sunt a vobis ma-
denes scripta postulabāt: ut ea que
per illos significabātur impleē. Que-
cūq; igitur regi potuerūt placere egoq;
sui: et que res pmittebat consensi. Si
igitur i negocijs fidem cōseuaueritis
et deinceps bonorū vobis causa esse
mutabo: de ceteris aūt y singula ve-
ba mandaui et illis et hijs qui a me
missi sunt colloqui vobis cum. Bene
valete. Anno centesimo sēdragesimo
octauo mensis die dioscori mensima
et quarta. Regis autem epistola ista

continebat. Rex antiochus: lisie fratri
salutē. Patre nostro inter deos translato
nos volentes eos qui sunt in regno
nostro sine tumultu agere · et rebus
suis adhibere diligentiā: audiuimus
iudeos non consensisse patri meo ut
transferentur ad ritū grecorū · sed tenere
velle suū institutū: ac, petera postula-
re a nobis concedi · sibi legitima sua.
Volentes igitur hanc quoq; gentem
quietam esse: statuimus iudicauim⁹
templū restitui illis: ut agerent secū
suos maiorū consuetudinē. Bene igi-
tur fecis si misis ad eos · et dexteram
dedis: ut cognita nostra voluntate
bono animo sint: et utilitatibus pro-
prijs deseruiāt. Ad iudeos vero regis
epistola talis erat. Rex antiochus: sena-
tui iudeorū · et ceteris iudeis salutē. Si
valetis sic ēstis ut volum⁹: sed et ipse
bene valeo⁹. Adijt nos menelaus di-
ens: velle vos descendere ad vestros
qui sūt apud nos. Hijs igitur q̄ venire
nauigare ad diem mensis
xandici dam⁹ dexteras securitatis: ut
iudaicis vtantur ribis et legibus suis
sicut e prius: et nemo eos vllo modo
molestiam pariatur de hijs que per i-
gnorantiā gesta sunt. Misim⁹ aūt
et menelaum q̄ vos alloquat. Vale-
te. Anno centesimo sēdragesimo octa-
uo xandici mensis quindecima die. Mis
sēcūt aūt etiā romani epistolā ita se
habētē. Quintus mennius et tusima
nilius legati romanorū: populo iude-
orum salutem. De hijs que lisias co-
gnatus regis concessit vobis · et nos
concessim⁹: de quibus aūt ad regē in-
dicauit referendū · cōsectim aliquē mit-
tite diligenter inter vos cōferentes: ut
decernam⁹ sicut cōgruit vobis. Nos e-
nim antiochiam accedimus. Itaq;
festinate rescribere: ut nos quoq; scia-
mus cui ēstis volūtati. Bene valete.
Anno centesimo sēdragesimo octauo
quintadecima die mensis xandici. XVI

Hijs factis pactionibus lisias pge-
bat ad regem: iudei aūt agricul-
ture operam habāt. Sed hij qui refer-
rant timotheus et apollonij gemiei
filij · sed et ieronimus et demophon
sup hos et nichanor cypriarches nō
sinebant eos in silentio agere · et quiete.
Itaque vero tale quoddā flagitiū per-
erāt. Rogauerunt iudeos cū quibus
habitabant alcendere scaphas q̄s pa-
rauerant cū vxoribus et filijs: quasi nul
lis inimicitijs inter eos subiacentibus.
Secūdū cōmune itaq; decretū ciuita-
tis · et iplis acquiescentibus pacisq; cau-
sa nichil suspicū habentibus: cū in altū
processissent submerserunt nō minus
ducentos. Quā crudelitatem iudaeī
sue gentis homines facta ut cognoui-
sent · pcepit viris qui erant cū ipso · et in-
uocato iusto iudice deo venit adiūtus
interfectores fratrū: et portū quidem
nocte succendit: scaphas exussit: eos
autē qui ab igne refugerant gladio
pauit. Et cum hec ita egisset discessit
quasi iam reuersur⁹: et vniuersos iop-
pitas eradicaturus. Sed cū cognouis-
set et eos qui erant iamnie velle pari
modo facere habitantibus secū iudeis:
iamnitis quoq; nocte ingressus est · et
portū cum nauibus incendit: ita ut
lumen ignis apparere ierosolimis
ab stadijs ducentis sēdragita. Inde cū
iā abisset nouē stadijs et iter faceret
ad timotheū: cōmiserūt cū eo arabes
quīq; milia viri · et equites quingenti
Eunq; pugna valida fieret et auxilio
dei prospere cessisset: reliqui victi ara-
bes petebant a iuda dexteras sibi dari

promittentes se pascua daturos: et in
certis pactionibus. Iudas autem arbi-
tratus esse in multis eos utiles, pui-
sit pacem: deceptisque accepto discesse-
ad tabernacula sua. Aggressus est autem
et ciuitatem quandam firmam: pontibus
muralibus circumseptam que a ciuibus habi-
tabatur gentium pluralitate: cui nomen
Chaspho. Hii vero qui intus erant con-
fidentes in stabilitate murorum et apparatu
alimoniarum remissius agebant:
maledicta lacessentes inde ac blasphe-
mantes: et loquentes que fas non est.
Machabeus autem inuocato magno
iudice principe qui sine arietibus et machi-
nis temporibus iehsu precipitauit ie-
richo: iratus fecit contra muros: et rapta
ciuitate per dei voluntatem inuumera-
biles cedes fecit: ita ut adiacens stagnum
stadiorum duorum latitudinis sanguine
interfectorum fluere videretur. Inde disces-
serunt stadia septingentaque quinquaginta
et venerunt in characha ad eos qui di-
cuntur tibianei iudeos: et in eo locum
quidem in illis locis non deprehende-
runt: nullos negotio facto regressus
est: relicto in quodam loco firmissimo
presidio. Dositheus autem et sosipater qui
erant duces cum machabeo pertinentes
a timotheo relicto in presidio decem
milia virorum. Et machabeus ordina-
tis circa se sex milibus et constituto per
eos homines: adversus timotheum pelle-
habuit secum centumquinque milia
peditum: equitesque duo milia quingen-
tos. Longius autem iude adiuncta timo-
theus permisit mulieres et filios et reli-
quum apparatum in presidium quod carnion
dicitur. Erat enim inexpugnabile et ac-
cessu difficile: propter loci angustiam.
Cum eos primum iudas prima apparuisse-
runt hostibus in conflictu et expansa
dei qui omnia conspicit: et in fuga versi
sunt alii ab alio: ita ut magis a suis
deiecentur: et gladiorum suorum ictibus
debilitarentur. Iudas autem vehementer
instabat punire phanos et pertinuit
et eis triginta milia virorum. Ipse vero
timotheus incidit in partes dosithei
et sosipatris: et multos probos postu-
labat ut vinos dimittere: eo quod mul-
tos ex iudeis parentes habere ac fra-
tres quos mox eius decipi timebat.
Et cum fidem dedisset relinquere se eos
secundum continuum: illesa vi dimisserit
propter fratrum salutem. Iudas autem
regressus est a carnion interfectis: viginti
quinque milibus. Post hoc fugam
arcere mouit exercitum ad efficiendam ciuita-
tem munitam in qua inhabitabant diuisam
gentium habitabat: et robusti in muros
pro muris constituti fortiter repugna-
bant. In hac autem machine multe: et
telorum erant apparatus. Sed cum omni-
potente invocassent qui potestate vi-
res hostium confringit exercitum ciuitatem
et ex eis qui intus erant viginti quinque
milia perterruerunt. Inde ad ciuitatem
scithe abierunt: que ab ihesolimis
septem stadiis aberat. Consistentibus
autem hijs qui apud scythopolitas erant
iudeis: quod benigne ab eis haberentur:
et temporibus inclinatis: quod modeste
secum egerint: gratias agentes eis: et ex
horatis etiam de cetero erga gens sui
benignus esse voluerit iherosolimam
die solemni septimanarum instante. Et
post pentecosten abiecit contra gorgiam
politum idumee. Exiit autem cum
peditibus suis militibus: et equitibus
quadringentis. Iudas congressus con-
gie paucos fecit indecorii: dositheus
vero quidem et bachinores equos vir
fortes gorgiam tenebat: et cum veller

illi capere virum equites quidam de trans-
bus iecit in eum. humerique eius amputa-
uit: atque ita gorgias effugit in ma-
risa. Et illis qui cum heldrin erant diuci
pugnantibus et fatigatis inuocauit
dominum iudas adiutorem et ducem belli
fieri: incipiens voce patria. et cum yym
clamore erollens. fugam gorgie mi-
litibus incussit. Iudas autem collecto
exercitu venit in ciuitatem odollam. Et
cum septima diei sequentes: secundum
consuetudinem purificati in eodem loco
sabbatum egerit. Et sequenti die venit
cum suis iudas ut corpora patrum
tollere: et cum parentibus ponere in se-
pulcris patrum. Inuenerunt autem sub
omnis interfectos de donariis idolo-
rum iaphe aput iamniam fuerunt: a quibus
lex prohibet iudeos. Omnibus ergo
manifestum factum est: ob hanc ca-
sam eos corruisse. Omnes itaque benedi-
xerunt iustum iudicium domini: qui occulta
fecerat manifesta. Atque ita ad preces
conuersi rogauerunt: ut id quod factum
erat delictum obliuioni tradere. Et
vero fortissimus iudas hortabatur po-
pulum cauere a peccatis: sub oculis
videntes que facta sunt pro peccatis eorum
qui peccati sunt. Et facta collatione
duodecim milia dragmas argenti mi-
sit iherosolimam offerri pro peccatis mortu-
orum sacrificium: bene et religiose de resur-
rectione cogitans. Nisi enim eos qui cecide-
rant resurrecturos speraret: superfluum
videretur et vanum orare pro mortuis.
Et quia considerabat quod hii qui cum pie-
tate dormitionem acceperant: optima
habent reposita gratia. Sancta ergo et
salutis cogitans pro defunctis exora-
re: ut a peccatis soluantur. Anno
tertio centesimo quadragesimo
nono cognouit iudas antiochum
eupatoris venire cum multitudine aduer-
sus iudeam: et cum eo lysiam procuratorem
et prepositum negotiorum regni habentem
pedum centumdecem milia et equitum
quinque milia et elephantes viginti duo:
curus cum falcibus centenos. Com-
misceuit autem se illis et mercenarius et cum
multa fallacia deprecabat antiochum
non pro pacis salute: sed sperans se
consistere in principatum. Sed rex regum
suscitauit animos antiochi in pecca-
torem: et suggerente lysia hic esse cau-
sam omnium malorum: iussit ut eis et con-
sueudo apprehensum in eodem loco
necari. Erat autem in eodem loco turris
quinqua ginta cubitorum: aggestum un-
dique habens cineris. Nec prosperum
habebat in precepto. Inde in cinerem
dari iussit sacrilegum: omnibus cum propi-
tiatis ad interitum. Et tali lege pre-
uaricatorem legis contigit mori: nec
tere dari mercedem. Ergo idem satis in-
stet. Nam quia multa rega aram dei
delicta commisit cui igitur et omnis erat
sanctus: ipse in cineris morte damnatus
est. Sed rex mente efferatus venebat
ut quorum se patre suo in iudeis ostren-
sum. Quibus iudas coguito precipit pso
ut die ac nocte dominum inuocarent quo
sicut semper et nunc adiuuare eos: quip-
pe qui lege et patria sanctoque templo pri-
uari timebantur: ac prius qui nuper zu-
lum respirasset: ne sinere blasphemi
cursus nationibus subdi. Omnibus
itaque simul id facientibus et precibus
a duo misericordia cum fletu et iejunijs
per triduum continuum prostratis: hortat
eos iudas ut se appararent. Ipse vero
cum senioribus cogitauit. priusquam
rex admoueret exercitum ad iudeam et
obtineret ciuitatem exire: et dominum iudicio
committere egressum eius. dans itaque potestatem

omniū deo mūdi creatori: et pretatus
suos ut fortiter dimicarent: ⁊ usq; ad
mortem pro legibus templo ciuitate
patria: et ciuibus starēt: circa modum
ceremoniū constituit. Et dato signo suis
dei victorie: inuentibus fortissimis ele
ctis nocte aggressus aulam regiam i
castris interfecit viros ꝗnquaginta mi
lia: et maximū elephantorū cū hijs q̄
supposuit fuerāt. Sūmoq; metu ac
perturbatione hostiū castra replenes:
rebusq; prospere gestis abiuit. Hoc
autē factum ē die illuscente: adiuman
te num dñi ꝓtectione. Sed rex accepto
gustu audacie iudeorū arte difficulta
tem locoq; temptabat: et bethsure q̄
erat iudeoq; ꝓhibiū munitū castra am
mouebat. sed fugabatur: impingebat:
minorabatur. Hijs autem qui intus
erāt iudas necessaria miserat. Enun
ciauit aūt mitteria hostibs rodethus
quidā de iudaico egressus: qui requisi
tus cōprehensus est et cōclusus. Qerū
rex secundū habuit ad eos qui erant i
bethsuris: dextrā dedit: accepit: abiit
cōsulit cū iuda: superas ē. Vt aūt re
gnauit rebellasse philippū āthochie q̄
relictus erat sup negocia: mente cōster
natus iudeos deprecans: subdiaq;
ris iurat de omnibs quibus iustū visū
est: et reconciliatus obtulit sacrificium:
honorauit templū ⁊ munera posuit:
machabeum amplexatus est: et fecit
eum a ptolomaide usq; ad gerenos
ducem et principem. Vt autem venit
ptolomaidam graviter ferebant pto
lomeus amicie conuentionem in
dignantes: ue fore fedus irumperet.
Tunc ascendit listas tribunal: et re
posuit rationem: et populū sedauit:
reliquq; est āthochiam. Et hoc modo
regis ꝓsidio ⁊ redit⁹ ꝓcessit. xiiij

Sed post reditū tuny⁹ rogauit
iudas et qui cū eo erāt deuteriū
sicuti cū mirtitudine validā ⁊ manibs
y potiū ꝓpolis ascendisse ad loca o
portuna: et tenuisse regiones adusus
antiochū ⁊ ti⁹ ducē lybiam. Alchimus
aūt quidā qui sūmus sacerdos fuerat
sed voluntarie coinquinat⁹ est i temp
ribs cōmixtionis: considerans nullo
modo sibi esse salutē neq; accessum ad
altare: venit ad regē deuteriū conqui
moquinq; agelinq; ano offerens ei co
ronā auream ⁊ palmā: sup hec et ra
los qui templi esse videbāt. Et ipa
quidam die siluit. Temp⁹ aūt opportu
num deuteriū sue nacus: ⁊ cōsiliat⁹
a deuteriū ad consiliū: et interrogatus
quibus rebs et cōsilijs iudā iuentur:
respondit. Ipsi qui dicūtur assidi iu
deoq; quibus preest iudas machabeus
bella nutriūt ⁊ seditiones mouēt: nec
patiūtur regnū esse quietū. Nam et e
go deiandat⁹ paternum gloria: dico
aūt sūmo sacerdotio huc veni: primo
quidē utilitatibus regis fidē tuans:
secundo aūt etiā ciuibus consulens.
Nam illoq; pravitate uniūsimū gen⁹
nostrū nō minime vexatur. Sed oro
hijs singulis o rex cognita: ⁊ regioni
et generi scōm humanitatem tuā pro
mulgata omnibs prospice. Nā ipsum
fugerē iudas: impossibile ē pacem esse
regnis. Talibus aūt ab hoc dictis:
et rexi amici hostilitē se habentes
aduersus iudā: inflamm aueit deuteriū. Qui statim nichanorem ꝓpositū
elephantorū ducem misit in iudeā: da
tis mandans ut ipm quidē iudā ta
pere vinū: eos vero qui cū illo erāt dis
y gere: et cōstituere alchimū maximū
templi summum sacerdotem. Tunc
gentes que de iudea fugerant iudam

segregatim se nichanori miserant:
miseriis ⁊ cladeis iudeoq; ꝓsperitates
res suaū existimantes. Audito itaq;
iudā nichanoris adusu: et cōuentu
nationū: cōspersit terra rogabāt eum
qui plm suū cōstituit in terrū suū esto
dicer: quinq; suam ꝓmisit signa ei
dentibs ꝓgit. Imperāte autem duce
statim inde mouerūt: conueniūtq; ad
castellū dessau. Hynū vero fratre inde
cōsuerat cū nichanore: sed cōtentus
e ꝓpitio aduersū adūsariorū. Sicta
nor tamen audiens virtute comitum
iude et animi magnitudinem quam
pro patria certaminibs habebant: san
guine iudicii facere metuebat. Quam
obrē misit possidonium et theodotū
et mathiam: ut darēt dextras: atq;
acceperent: et cū diu de hijs o sibi agerē
et ipe dux ad multitudinē reuulsset:
omnium vna fuit sententia omniq;⁹ an
nuere. Itaq; diem o stituerūt qua sere
to inter se agerēt: ⁊ in gulis selte ꝓlate
sunt et posite. Precepit aūt iudas ar
matos esse locos opportunos: ut fore
ab hostibus repēte mali aliquid oriri.
Et o gnū colloquū fecerūt. Sta
bat autem nichanor ihero solimis:
nichilq; inique agebat: gregesq; turba
tum q congregāt fuerāt dimisit. Ha
bebat aūt iudā semp carū ex animo:
⁊ erat viro adunat⁹. Roganteq; eum
ducere vxore: filios; procreare. Nupti
as fecit: quiete egit: cōmuniter vive
bant. Alchim⁹ aūt vydes caritate illo
rum ad inuicem ⁊ cōuentiones: venit
ad ꝓnciū ⁊ dixit ad nichanorē reū⁹
alienis alienier: iudāq; regni iudaico
rū successorem sibi destinasse. Itaq;
rex exasperat⁹ et pellinis huius crimi
nationibus irritat⁹ scripsit nichanori
dicēs: graui quidē se ferre de amicitie
conuentione: iubere tamē machabeū
eius vinculis mittere āthochiā. Quibs
rogatis nichanor cōsternabat: ⁊ gra
uiter ferebat si ea que cōuenerāt irrita
facere nichil lesus a viro: sed quia re
gi resistere non poterat opportunitate
obseruabat quia ꝓpositum ꝓficere. At
machabeus videns frēi austerius agere
nichanorē: et cōsuetum occursū seuer
us exhibitum: intelligens nō ex bono
esse austeritatē istā: paucis suos con
gregans occultauit se a nichanore.
Quod cum ille rogauit fortiter se a
viro ꝓpositum: venit ad maximum
et sanctissimū templū: ⁊ sacerdotibus
solitas hostias offerentibs: iussit sibi
tradi viū. Quibus cum iuramento
dicentibus nescire se vbi esset qui que
rebat: extendēs manū ad templū iura
uit dicens. Si si iudā vinctum mihi
tradideritis iteū dā fanū in planicie
deducā: et altare eēdiā: ⁊ ꝓpitū ipe li
bamini cōsecrabo. Et hijs dictis abiit.
Sacerdotes aūt procidētes manus
in celum inuocabāt eū qui semp pu
gnare esset genus ipsoꝝ: hec dicentes.
Tu dñe universoꝝ qui nullis indigeo:
voluisti templū habitationis tue fie
ri in nobis. Et nunc sancte sanctorū
omniū dñe conserua inuiolatū impol
luam domū istam: que nup mūdata
est. Razias autem quidā de senioribs
ab ihero solimis delatus est nichano
ri vir amator ciuitatis ⁊ bone audes:
qui p affectu pace iudeoꝝ appellabat.
Hic multis temporibus conuentus
propositi tenuit i iudaismo: corpusq;
et animā tradere conetur pro pietate
sua. Volens aūt nichanor mani
festare odium q̄ habebat in iudeos
misit milites quingentos: ut eū com
prehenderent. Putabat enim si illum

decepisset: iste gladium iudis maximā
illatarū. Turbis aūt irruere domū eī
et iamq; diripere. atq; ignem ānu-
ere cupientibs. nam iam oppreheder-
ur gladio se pecit: eligens nobiliter
mori potius. q; subditus fieri peccato-
ribus: et contra natales suos inuriā
indignis agi. Sed cū p festinationē
non acto iū plagā deuitasset. et turbe
intra oītia irruperent. cecurrens auda-
ter ad murū. prupitauit fuerunq; ui-
riliter in turbas: quibus uelocē locū
dantibs ratui eius. euasit per mediam
cecuitem. Et cū ad huc spirare accen-
sus animo fuerent: et cum sanguis
eius magno fluxu deluere. ⁊ grauissi-
mis uulneribus esset saucius. cursu tur-
bam pcauisset. et stans supra quādā
petram prupitam. et iam ex sanguīs
effusō: cōplexus in ultima sua uiscera
manibs proiecit sup turbas invocās
dominatorē uite ac spiritū: ut hec illi i
ere redderet: atq; ita uita defuncti ē. XV

Dichanor aūt ut comperit iudami
esse in locis samarie: cogitauit
cum omī impetu die sabbati cōmitte-
re bellū. Iudeis uero qui illū p necessi-
tatem sequebat dicentibus. ne ita fe-
rociter et barbare feceris. sed honore
tribue diei sanctificationis. ⁊ honora
eū qui omnia cōspicit: ac ille infelix
interrogauit si est potens i celo qui im-
peratuit agi die sabbatorū: et respōden-
tibus illis. est dūs viuū. qui in celo po-
tens qui iussit agi septima die: ac ille
ait. Et ego potens sum sup terā: qui
impero sumi arma et negotia regis
implere. Tamē nō obtinuit ut cōsilium
pficere. Et nichanor quidē cū summa
superbia erat. cogitauerat cōmunire tro-
pheū statuere de iuda. Machabeus
autem semp considerabat cum omī spe
auxiliū sibi a dūo assistentū. et hortba-
tur suos ut fortiter ad adiu-
tum nationū. sed in mente habebat
adiutoria sibi facta de celo: ⁊ nūc spe-
rabat ab omipotente sibi assistentem
victoriā. Et allocutus eos de lege. et
prophetis: admonens etiā certamina
q̄ fecerāt prius: promptiores effecit
eos. Et ita animis eorū erectis: simul
ostendebat gentiū fallaciam. et iura-
mentorū pfanctionē. Singulos aūt
illos armauit non clipei et hastē mu-
nitione. sed suorūdā optimis et ex ho-
rationibus: et pōsito diguo fide sermo-
ne: per qd omnes eos letificauit. Erat au-
tem huiusmodi uisus. Quia m qui fu-
erat summus sacerdos virū bonū ⁊ de-
nigrū. verecūdū vsu. modestū moribs
et eloquio dcorū. et qui a puero in vir-
tutibus exercitat⁹ sit. manus pendens
orare pro omī plo iudeorū. Post hec
apparuisse et alīū virū erate et gloria
mirabilem: et magni decoris habitū
dīne circa illū. Respondens uero oni-
ami dixisse. Hic ē fratrū amator ⁊ ppli
ist: hic est qui multū orat pro plo ⁊
ūniuersa sancta ciuitate. iremias pro-
phera dei. Extendisse autem iremias
dexterā ⁊ dedisse iude gladiū aureū di-
cendo. Accipe sanctū gladiū munus
a deo: in quo deicies adūsarios ppli
mei israel. Exhortās itaq; iude suorūb
bonis valde. de quibus exercitū posset
impetus. et animi iuuenū confortari:
statuerat dimicare et cōligere fortiter
ut virtus de negotio indicare: eo q
ciuitas sancta et templū periclitarent.
Erat enim p uxorib et filijs. iterum
pro fratribs et cognatis minor sollici-
tudo: maximus uero et primus p san-
ctuare timor erat templi. sed et eos qui
in ciuitate erāt nō minima sollicitudo

habebat pro hijs q̄ congressuri erant.
Et iam cū omnes spectarent iudicū fu-
turū ppterq; adesset atq; expectat⁹ erat
ordinatus bellū equitesq; oportuno
loco cōpositi: considerās machabeus
aduentū multitudinis et apparatū va-
riū armorū. ac ferocitatem bestiarū ex-
tendēs manus in celū. ꝓdigia facienē
dūm invocauit: qui nō secū armorū
potentiā. sed prout ipsi placet dat di-
gnis victoriā. Dixit aūt invocās hoc
modo. Tu domine qui misisti angelū
tuū sub ezechia rege iude. ⁊ interfecisti
de castris sennacherib centū octogīta
quīq; milia: et tūc dominator celorū
mitte angelū tuū bonū ante nos i timo-
re et tremore magnitudinis brachij
tui: ut metuant qui cum blasphemia
venerūt adversus sanctū ppli tui. Et
hic quidē ita poravit: nichanor autē
et qui cum ipso erāt cum tubis et can-
ticis adminerbāt. Iudas uero et qui
cum eo erant invocato deo p oratione
cōgressi sunt: manu quidē pugnātes
sed ⁊ dūm cordibus orantes. pstrauer-
unt nō min⁹ triginta quīq; milia pre-
sentia dei magnifice delectati. Cum
cessassent et cum gaudio redierant: co-
gnouerit nichanor esse cū armis
suis. Facto itaq; clamore et pturbati-
one suscitata: parta uoce omīpotentē
dūm benedicebāt. Precepit aūt iudas
qui p omnia corpore ⁊ animo mori. p
ciuibus parat⁹ erat: caput nichanoris
et manū cū humero abscisam ire
ersolimā ptari. Quo cum peruenisset
conuocans cōmilitones et sacerdotes
ad altare: accersit eos qui in arce e-
rant. Et ostenso capite nichanoris et
manu nepharia quā extenderat cōtra
domū sanctā omīpotentis dei: magni-
fice gloriatus est. Linguā etiā impij
nichanoris pcisam iussit particulatim
auibus dari: manū autem denuntia-
ri contra templū suspendi. Omnes igit
dei benedicerāt dūm dicentes: benedi-
ctus qui locum suū incontaminatū fe-
nauit. Suspendit autem nichanoris
caput in summa arce: ut cuidens esset
et manifestū signū auxilij dei. Itaq;
omnes cōmuni consilio decreuerit nul-
lo modo die istū ablq; celebritate pte-
rire: habere aūt celebritatē xiii. decimā
die mēsis adar: que dicit voce syriaca
pdie mardochei die. Igitur hijs erga
nichanorē gestis: et ex illis temporibs
ab hebreis ciuitate possessa. ego q̄ in
hijs facta finē feruntur. Et si quidem
bene et ut historie cōpetit hoc et ipse
velim: si aūt minus digne: concedet-
dum ē michi. Sicut enim vinū seruy
bibere aut seruy aquā. cōtrariū ⁊ alterū
aūt uti delectabile: ita legēntibs si seruy
erat⁹ sit secuo non erit gratus: sic
ergo erit consummatus. Explicit ij⁹
liber machabeorum.

Incipit epla beati Jeronimi presbiteri
ad damasum papam in sinodo constituta

Beatissimo papæ damaso ieronimus. Monuisti opus me facere cogis et vetere: ut pro exemplaria scripturarum toto orbe diffusa quasi quidam arbitri sedeam: et quia inter se variant que sint illa quæ cum greca consentiant veritate decernam. Pius labor sed periculosa presumptio: iudicare de cæteris: ipsum ab omnibus iudicandum: senes mutare linguam: et cum senectute mundum ad initia revocare parvulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus cum in manus volumen assumpserit: et a salma quam semel imbibit videritque discrepare non lediatur: non statim cupiat in vocem me falsarium me clamans esse sacrilegii: quod audeam aliquid in veteribus libris addere: mutare: corrigere? Adversus quam invidiam duplex causa me consolatur: quod et tu qui summus sacerdos es fieri iubes: et vetus non esse quod variat etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda: respondeat quibus tot sunt exemplaria prout quot codices. Sin autem veritas est quærenda de pluribus: cur non ad græcam originem revertentes ea que vel a vitiosis interpretibus male edita vel a presumptoribus imperitis emendata pravecerunt vel a librariis dormitantibus aut addita sunt aut mutata corrigimus? Sed ut vero ego de veteri disputo certamine: quod a septuaginta senioribus in græcam linguam versum eorum gradu ad nos usque pervenit. Non quero quid aquila quid symmachus sapiant: quæ ere theodotion inter novos et veteres medius incedit. Hic illa vera interpretatio: quam apostoli phanerunt. De novo nunc loquor testamento quod græcum esse non dubium est: excepto apostolo matheo qui primus in iudea evangelium xpi hebraicis literis edidit. Hoc certe cum in nostro semmone disiondat et diversos rivulos trahitur: uno de fonte querendus est. Preterquam eos codices ejus a luciano et hesyio numcupatores paucos hominum asserit pertesa communio: quibus utique nec in veteri instrumento potest septuaginta interpretes emendare quid licuit: nec in novo profuit emendasse: cum multas gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse que addita sunt. Igitur hec plenus paciuncula pollicetur quantum tantum evangelia: quod vidi est iste: matheus: marcus: lucas: iohannes: codicum grecorum emendata collatione sed veteris: que ne multum a lectionis latine consuetudine discreparent: calamo imperavimus: ut hijs tantum quæ sensum videbantur mutare correctis: reliqua manere paterentur ut fuerant. Canones quoque quos eusebius celariensis episcopus allegandorum locorum ammonium in decem numeros ordinavit: sicut in greco habetur expressimus. Quod si quis decerptos voluerit nosse que in evangelijs vel eadem vel varia vel sola sint: eorum distinctione cognoscet. Magnus siquidem hic inter codicibus error inolevit: dum quod eadem et alius evangelia plus dixit: in alio quia minus putaverunt addiderunt: vel dum eundem sensum alius aliter expressit: ille qui unum e quatuor primum legerat: ad eius exemplum ceteros quoque estimaverit emendandos: unde accidit: ut aput nos mixta sint omnia: et in marco plura luce atque

mathei: ruclum ī macho iohannis et
marci: et in ceteris reliquos que ī alij
propria sunt inueniantur. Cū itaq;
canones legeris qui subiecti sunt: con-
sultionis errore subiaceas. et silua omnū
scies: et singulis sua quoq; restitues.
In canone primo concordat ꝗtuor:
matheus-marc⁹-lucas-iohānes. In
secundo ter⁹: matheus-marcus-lucas.
In tercio ter⁹: mathe⁹-lucas-iohānes.
In quarto ter⁹: matheus-marcus-io-
hannes. In quinto duo: matheus-lu-
cas. In sexto duo: matheus-marcus.
In septimo duo: matheus-iohānes.
In octauo duo: lucas-marc⁹. In no-
no duo: lucas-iohānes. In decimo
propria unusquisq; q̄ nō habentur
in alijs edidenunt. Singulis uero eu-
angelijs ab uno incipiens usq; ad fi-
nem libroꝝ dispar numerus accessit.
Sic nigro colore pscriptus sub se ha-
bet aliū ex minio discolorē numerum:
qui ad decem usq; predēs indicat: pri-
or numer⁹ in quo sit canone requirendus.
Cū ergo apto codice ubi gratia
illud siue illud rapiculū scire volueris
cui⁹ canonij sit statī ex subiecto nume-
ro doceberis: et recurres ad principia in
quibus canonū est distincta congeries-
rodēq; statim canone ex titulo scriptis
inuenies: illū quē querebas numerum
eiusdem euangelij qui et ipse ex inscri-
ptione signat inuenies: atq; e uicino
reterq; manuibus inscriptis-q̄ numero⁹
regione habeat adnotabis: et cum
scieris recurres ad volumina singula-
rum: ꝗ sine mora reperis numerus q̄s
āte signauerat-reperies ī loco-ī qui-
bus uel eadē uel uicina dixerūt. Opto
ut ī xpō valeas et memineris mei pa-
pa beatissime. Explic epla-incipit
Argumētū ēuāgēliū sēc⁹ matheū

Matheus ex iudea sicut in
ordine primⁿ ponitur. ita
euangeliū in iudea primⁿ
scriptit: cui⁹ uocato ad
dōm ex publicanis actibus fuit: duoꝝ
i generatione xpi principia ꝑsumens:
unū⁹ cui⁹ prima concēptio i carne: al
terius-cui⁹ secūm cor eterēo fuit. Ex utri
q; cui parcibz xpc. Siq; ꝗtuordecimo
numero mistauit posito-principium
a credendi fide in electionis temp⁹ pro-
rigens-et ex electione usq; in transmi-
grationis die dirigens-atq; a mīsmi-
grationis die usq; in xpm debuiens-
decursam adueniēs dōi offerendi gra-
tiōnē et numero sanctaēs ꝗtuor:
ut et se ḡō esset ostendere: et dōi se o-
pus mōstrans-etiā in hijs quoq; ge-
nus ꝑsunt xpi operantis a principio
testimoniū nō negare. Quaꝝ omniū
rei-tempus-ordo-numer⁹-dispositio
uel ratio-q̄ fidei necessariū est-dē⁹ xpc
est: qui factus est ex muliere-factus sub
lege-nat⁹ ex virgine-passus in carne
omnia in cruce fixit: ut triumphās ea
in semetipso resurgens in corpore-ꝗ
ris nomīē in patribz filio-ꝗ filij nomē
patri restituēs in filijs: siue principio
siue siue ostendēs unū se cum patre es-
se quia un⁹ est. In quo euangelio uni-
le est deliberāndū dōi-sic prima uel me-
dia uel postea cognoscere-ut et uocan-
dorum apostoli et opus euangelij et
dilectionē dei in carne nascentis q̄ uni-
uersa legentes intelligāt: atq; id in eo
in quo apprehensi sunt-et apprehende-
re aperiāt et cognoscāt. Stabis enim
hoc studio argumenti fuit et fidē fa
cere et tradere: ꝗ operās dei intelligēdā
diligenter esse diligtionē quērēbus
non tacere. Explic argumēt-incipit
Euāgliū sēcūm matheūm

Liber generationis ihesu xpi
filij dauid: filij abraham.
Abraham genuit ysaac:
ysaac autē genuit iacob.
Iacob autē genuit iudā et fratres eius:
iudas autē genuit phares et zara de
thamar. Phares autē genuit esrom:
esrom autē genuit aram. Aram autē
genuit aminadab: aminadab autē ge-
nuit naasō. Naason autē genuit salo-
mon: salomō autē genuit booz de raab.
Booz autē genuit obeth ex ruth: obeth
autē genuit iesse. Iesse autē genuit da-
uid regē: dauid autē rex genuit salo-
monē ex ea q̄ fuit urie. Salomō autē
genuit roboam: roboam autē genuit
abyam. Abyas autē genuit asa: asa
autē genuit iosaphat. Iosaphat autē
genuit ioram: ioram autē genuit ozi-
am. Ozias autē genuit ioathan: ioa-
than autē genuit achar. Achar autē
genuit ezechiam: ezechias autē genuit
manasse: manasses autē genuit am-
mon. Ammon autē genuit iosiam:
iosias autē genuit iechonia et fres eius
ī trāsmigratione babilonis. Et post
transmigrationē babilonis iechonias
genuit salathiel: salathiel autē genuit
zorobabel. Zorobabel autē genuit abi-
ud: abiud autem genuit eliachim. Eli-
achim autē genuit azor: azor autē ge-
nuit sadoch. Sadoch autem genuit a-
chim: achim autē genuit eliud. Eliud
autē genuit eleazar: eleazar autē genuit
matthan. Matthan autē genuit iacob:
iacob autē genuit ioseph uirū marie:
de qua nat⁹ est ihesus: qui uocatur
xpc. Omnes itaq; generationes ab a-
braham usq; ad dauid-generationes
huiusdem: et a dauid usq; ad transmi-
grationē babilonis-generationes
huiusdem: a mīsmigratione babilonis
usq; ad xpm-generationes quatuor-
decim. Xpi autem generatio sic erat.
Cum esset desposata mater ihesu ma-
ria ioseph: antq; cōuenirent inuenta est
in utero habēs de spiritu sancto. Ioseph
autem uir eius cū esset iustus-et noles
eam traducere: voluit occulte dimitte-
re eam. Hec autē eo cogitante: ecce ange-
lus dōi apparuit ī somnis ioseph di-
cens. Ioseph fili dauid: noli timere ac-
cipere mariā cōiugem tuā. Qd enī in
ea natū est: de spiritu sancto est. Pari-
et autē filiū: et vocabis nomē eius ihe-
sum. Ipse enī saluū faciet ꝑplm suum
a peccatis eorū. Hoc autem totū factū
est: ut adimpleretur qd dictū esset a do-
mino ꝑ prophetā dicentem. Ecce vir-
go in utero habebit et pariet filiū: ꝗ vo-
cabit nomē eius emanuel: qd est in-
terpretatū nobiscum deus. Exurgens
autē ioseph a somno fecit sicut precepit
ei angelus dōi: et accepit cōiugem suā.
Et non cognoscebat eam donec pepe-
rit filium suum primogenitum: et
vocauit nomen eius ihesum. ¶
Cum natus esset ihesus in bethle-
em iude ī diebz herodis regis: ec-
ce magi ab oriente venerūt ierosolī-
mam dicentes. Vbi est qui natus est
rex iudeorū? Vidimus enī stellā eius
in oriente: et venimⁿ adorare eū. Au-
dientes autem herodes rex turbatus ē:
et omnis ierosolima cū illo. Et cōpre-
gatis omnes principes sacerdotū et
scribas pli: sciscitabat ab eis ubi xpc
nasceret. At illi dixerūt ei. In bethlem
iude. Sic enī scriptū est ꝑ prophetam.
Et tu bethlem terra iuda: nequaq; mi-
nima es ī principibz iuda. Ex te enī ex-
ibit dux qui regat plm meum israhel.
Tunc herodes clam vocatis magis dili-
genter didicit ab eis tempus stelle q̄

apparuit eis: ⁊ mittens illos in bethleem dixit. Ite et interrogate diligenter de puero. ⁊ cũ inueneritis renuntiate mihi: ut ⁊ ego veniens adorem eũ. Qui cum audissent regem abierũt. Et ecce stella quã viderãt in oriente antecedebat eos: usq; dũ veniens stetit supra ubi erat puer. Videntes aũt stellã: gauisi sũt gaudio magno valde. Et intrantes domũ inuenerũt puerũ cũ maria matre eius: ⁊ procidentes adorauerunt eũ: ⁊ aptis thesauris suis obtulerunt ei munera. aurũ thus. ⁊ myrram. Et responso accepto in somnis ne redirẽt ad herodẽ: p aliã viam reuersi sunt in regionẽ suam. Qui cũ recessissent: ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph dicens. Surge ⁊ accipe puerũ ⁊ matrẽ eius ⁊ fuge in egiptũ: et esto ibi usq; dũ dicã tibi. futurũ est enim: ut herodes querat puerũ ad perdendum. Qui consurgens accepit puerũ ⁊ matrẽ eius nocte: et secessit in egiptũ. Et erat ibi usq; ad obitũ herodis: ut adimpleretur qd dictum est a domino p prophetã dicentẽ. Ex egipto vocaui filiũ meũ. Tũc herodes videns quoniã illusus esset a magis iratus ẽ valde: et mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleem et in omnibus finibus eius a bimatu et infra: secũdũ tempus qd requisierat a magis. Tũc adimplerũ est: qd dictum est p ieremiã prophetã dicentẽ. Vox in rama audita est: ploratus et ululatus multus: rachel plorans filios suos: et noluit consolari quia non sunt. Defuncto aũt herode: ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph in egipto dicens. Surge et accipe puerũ et matrem eius: et vade in terã israel. Defuncti sũt enim qui querebãt animam pueri. Qui cõsurgens accepit puerũ et matrem eius: et venit in terã israel. Audiens autem q archelaus regnare in iudea pro herode patre suo timuit illo ire: et admonitus i somnis secessit in partes galilee. Et veniens habitauit i ciuitate q̃ vocat nazareth: ut adimpleret qd dictum ẽ p prophetas quoniam nazareus vocabitur. III

In diebus autem illis venit iohannes baptista: predicans in deserto iudee et dicens. penitentiã agite. Appropinquabit enim regnũ celorum. hic est enim de quo dictum est p ysaiam prophetam dicentem. Vox clamãtis in deserto: parate viã domini: rectas facite semitas eius. Ipse aũt iohãnes habebat vestimentũ de pilis camelos: et zonã pelliceam circa lumbos suos. Esca aũt eius erat locuste ⁊ mel siluestre. Tũc egrebat ad eũ ierosolima ⁊ omnis iudea. et omnis regio circa iordanem: et baptizabãt ab eo in iordane cõfitentes peccata sua. Videns aũt multos pharisaeos ⁊ saduceos venientes ad baptismũ suũ: dixit eis. p genuis viperarũ: qs ostendit tibi fugere a futura ira? facite ergo fructũ dignũ penitentie. Et ne velitis dicere intra vos: patrẽ habemus abraham. Dico enim vobis: quoniã potest deus de lapidibus istis suscitare filios abrae. Iam enim securis ad radicẽ arborũ posita est. Omnis ergo arbor qui non facit fructũ bonũ excidetur: et in ignẽ mittetur. Ego quidẽ baptizo vos i aqua in penitentiam: qui autem post me venturus est fortior me est: cui nõ sum dignus calceamenta portare. Ipse vos baptizabit i spiritu sancto et igni. Cuius ventilabrũ in manu sua et permundabit aream suã: ⁊ cõgregabit triticum in horreum suũ: paleas aũt comburet igni inextinguibili. Tũc venit

ihesus a galilea i iordanem ad iohannem: ut baptizaret ab eo. Iohãnes aũt prohibebat eũ dicẽs. Ego a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me? Respondens aũt ihesus dixit ei. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnẽ iustitiã. Tunc dimisit eũ. Baptizatus aũt ihesus confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: ⁊ vidit spiritũ dei descendentẽ sicut columbã ⁊ venientẽ super se. Et ecce vox de celis dicens. Hic ẽ filius meus dilectus: i quo mihi cõplacui. IIII

Tunc ihesus ductus ẽ i desertũ a spiritu: ut tentaretur a diabolo: et cũ ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus: postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei. Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptũ ẽ. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo qd predit ab ore dei. Tunc assumpsit eũ diabolus i sanctã ciuitatẽ: et statuit eũ super pinnaculũ templi: et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptũ est enim: quia angelis suis mãdauit de te. et in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuum. Ait illi ihesus rursum. Scriptũ ẽ. Non tentabis dñm deũ tuũ. Iterũ assumpsit eũ diabolus in montem excelsum valde: et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorũ: et dixit ei. Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei ihesus. Vade sathana. Scriptũ ẽ enim. Dñm deũ tuũ adorabis: ⁊ illi soli seruies. Tũc reliquit eũ diabolus: ⁊ ecce angeli accesserunt ⁊ ministrabãt ei. Cũ aũt audisset ihesus q iohãnes traditus esset secessit in galileã: et relicta ciuitate nazareth venit ⁊ habitauit i ciuitate capharnaũ maritima i finibus zabulon ⁊ neptalim: ut adimpleret qd dictũ est p ysaiam prophetã. Terra zabulon ⁊ terra neptalim. via maris trãs iordanem galilee gentium. populus q̃ habitabat i tenebris vidit lucem magnã: ⁊ sedentibus i regione umbre mortis lux orta est eis. Exinde cepit ihesus predicare ⁊ dicere. Penitentiã agite. Appropinquabit enim regnũ celorũ. Ambulãs aũt iuxta mare galilee vidit duos fratres simonem qui vocatur petrus ⁊ andreã fratrem eius: mittentes rete i mare. Erãt enim piscatores. Et ait illis. Venite post me: et faciã vos fieri piscatores hominũ. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eũ. Et procedens inde vidit alios duos fres. iacobũ zebedei et iohãnem fratrem eius in naui cũ zebedeo patre eorũ reficientes retia sua: et vocauit eos. Illi aũt statim relictis retibus et patre: secuti sunt eũ. Et circuibat ihesus totã galileã docens i synagogis eorũ: et pdicans euangelium regni: ⁊ sanãs omnẽ lãguorẽ ⁊ omnẽ infirmitatem in plo. Et abiit opinio eius in totã syriã: et obtulerũt ei omnes male habentes varijs languoribus ⁊ tormentis comprehensos. et q̃ dyemonia habebãt. et lunaticos ⁊ paraliticos ⁊ curauit eos: ⁊ secuti sũt eũ turbe multe de galilea. ⁊ decapoli. et de ierosolimis. ⁊ de iudea. ⁊ de trãs iordanem. V

Videns aũt ihesus turbas ascendit in montem: ⁊ cũ sedisset accesserũt ad eum discipuli eius: et aperiens os suũ docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quia ipor ẽ regnũ celorũ. Beati mites: quia ipi possidebũt terrã. Beati qui lugent: quia ipi cõsolabũtur. Beati q̃ esuriũt et sitiũt iusticiã: quia ipi saturabũtur. Beati misericordes: quia ipi misericordiã cõsequẽtur. Beati mũdo

te audierit: lucratus eris fratrem tuum.
Si aut non te audierit: adhibe tecum
adhuc unū uel duos: ut i ore duoꝝ
uel trium stet omne verbū. Od si nō
audierit eos: dic ecclesie. Si aut eccle-
siam non audierit: sit tibi sicut ethnicus
et publicanus. Amen dico vobis: que-
cunq; alligaueritis sup terram erit li-
gata et in celo: et quecunq; solueritis
sup terram erunt soluta et in celo. Ite-
rum dico vobis: quia si duo ex vobis
consenserint sup terrā de omni re quēcun-
q; petierit: fiet illis a patre meo qui i ce-
lis ē. Vbi enim sunt duo uel tres con-
gregati in nomine meo: ibi sum i me-
dio eorū. Tunc accedens petrus ad eū
dixit. Domine quotiens peccabit in
me frater meus: ⁊ dimittā ei usq; septi-
es? Dicit illi ihesus. Nō dico tibi usq;
septies: sed usq; septuagies septies. Ide
o assimilatum est regnū celoꝝ homini
regi: qui voluit rationē ponere cum
seruis suis. Et cū cepisset rationem po-
nere: oblatus est ei unus qui debebat ei
decē milia talenta. Cum aut non ha-
beret unde redderet: iussit eum dominus
eius venūdari et vxorem eius ⁊ filios.
et omnia que habebat: et reddi. Procī-
dens aut seruus ille orabat eū dicens.
Patientiā habe in me: et omnia reddā
tibi. Misertus aut dominus seruo illius
dimisit eum: et debitū dimisit ei. Egres-
sus aut seruus ille invenit unum de
conseruis suis qui debebat ei centum
denarios: et tenens suffocabat eū di-
cens. Redde qd debes. Et procidens con-
seruus eius rogabat eum dicens. Pati-
entiā habe in me: et omnia reddā tibi.
Ille aut noluit: sed abijt et misit eum
in carcerē donec redderet debitum. Vi-
dentes aut conserui eius que fiebant
contristati sunt valde: ⁊ venerūt et na-
rauerūt dōno suo omnia q facta fuerāt.
Tūc vocauit illū dominus suus: et ait
illi. Serue nequā: omne debitū dimisi
tibi quoniā rogasti me. Nōne ergo
oportuit ⁊ te misereri cōserui tui sicut
et ego tui misertus sum? Et iratus
dominus eius tradidit eum torori-
bus: quo adusq; redderet universum
debitum. Sic et pater meus celestis
faciet vobis: si non remiseritis unus-
quisq; fri suo de cordibus suis. XIX

Et factū est cū consummasset ihe-
sus sermones istos migrauit a
galilea: et venit in fines iudee trās ior-
danen: ⁊ secute sunt eū turbe multe: et
curauit eos ibi. Et accesserūt ad eum
pharisei tentantes eū ⁊ dicentes. Si
licet homini dimittere vxorem suam
quacunq; re causa? Qui respondens
ait eis. Non legistis quia qui fecit ho-
mines ab initio masculū et feminam
fecit eos? Et dixit. Propter hoc dimit-
tet homo patrē et matrē. et adhaerebit
vxori sue: et erūt duo i carne una. Itaq;
iā non sunt duo. sed vna caro. Qd
deus cōiunxit: homo nō separet. Di-
cunt illi. Quid ergo moyses manda-
uit dare libellum repudij ⁊ dimittere?
Ait illis. Quoniā moyses ad dimici-
am cordis vestri permisit vobis dimit-
tere vxores vras: ab initio autē non
fuit sic. Dico autem vobis: quia qui
cunq; dimiserit vxorē suā nisi ob for-
nicationē ⁊ aliā duxerit mechatur. Et
qui dimissam duxerit mechatur. Di-
cunt ei discipuli eius. Si ita est causa
hominis cum vxore: non expedit nu-
bere. Qui dixit. Non omnes capiunt
verbū istud: sed quibus datū ē. Sunt
enim eunuchi qui de matris vtero si-
gnati sunt: et sunt eunuchi qui facti
sunt ab hominib: et sunt eunuchi q̄
se ipsos castrauerūt ꝓter regnū celoꝝ.
Qui potest capere capiat. Tunc obla-
ti sunt ei paruuli: ut manus eis impo-
nere et orare. Discipuli autē increpa-
bant eos. Ihesus vero ait eis. Sinite
paruulos. et nolite eos prohibere ad me
venire. talium est enim regnū celoꝝ. Et
cum imposuisset eis manus: abiit inde.
Et ecce vnus accedens ait illi. Magi-
ster bone: quid boni faciā ut habam
vitam eternā? Qui dixit ei. Quid me
interrogas de bono? Vnus est bo⁹
deus. Si autem vis ad vitā ingredi:
serua mādata. Dicit illi. Que? Ihesu⁹
aut dixit. Non homicidiū faciaꝭ. nō
adulterabis. non facies furti. nō fal-
sum testimoniū dices: honora patrem
et matrem. diliges proximū tuū sicut te
ipsum. Dicit illi adolescens. Omnia
hec custodiui: quid adhuc michi deest?
Ait illi ihesus. Si vis perfectus esse: va
de vende que habes et da pauperib⁹
et habebis thesaurū in celo: ⁊ veni sequ-
ere me. Cum audisset autē adolescens
verbū: abiit tristis. Erat enim habēs
multas possessiones. Ihesus autem
dixit discipulis suis. Amen dico vo-
bis: quia diues difficile intrabit in re-
gnum celoꝝ. Et iterū dico vobis. Fa-
cilius est camelū p foramen acꝰ tran-
ire: q̄ diuitem intrare in regnū celorū.
Audientes autē hijs discipuli mirabantur
valde dicentes. Quis ergo potest
saluus esse? Aspiciens autē ihesus di-
cit illis. Apud homines hoc impossi-
bile est: apud deum autē omnia possi-
bilia sunt. Tunc respondens petrus
dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia: et
secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?
Ihesus autē dixit illis. Amen dico vo-
bis: q̄ vos qui secuti estis me in regen-
eratione cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue. sedebitis ⁊ vos
super sedes duodecim. iudicantes duode-
cim tribus israhel. Et omnis qui reli-
quit domū vel fratres aut sorores aut
patrem aut matrem aut vxorem aut fi-
los aut agros ꝓter nomē meum: cen-
suplū accipiet. ⁊ vitam eternā possidi-
bit. Multi autem erunt primi nouis-
simi: et nouissimi primi. xx

Simile est regnum celoꝝ homini
patrifamilias: qui exiit primo

mane conducere operarios i vineam
suā. Conuentione autē facta cū opera-
riis ex denario diurno: misit eos i vi-
neam suā. Et egressus circa horam ter-
tiam: vidit alios stantes i foro ocio-
sos. et illis dixit. Ite et vos i vineam
q̄ iustū fuerit dabo vobis. Illi au-
tem abierūt. Iterum autem exiit circa
sextā et nonā horam: et fecit similiter.
Circa undecimā vero exiit: et invenit
alios stantes. et dicit illis. Quid hic
statis tota die otiosi? Dicūt ei. Quia
nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite ⁊
vos i vineā. Cū sero autem factū esset
dicit dōs vinee pactatori suo. Voca
operarios et redde illis mercedē: incipi-
ens a nouissimis usq; ad primos.
Cū venissent ergo q̄ circa undecimam
horam venerant: acceperūt singulos
denarios. Venientes autem et primi
arbitrati sunt q̄d plus esset acceptu-
ri: acceperūt autē et ipsi singulos denā-
rios. Et accipientes murmurabant
aduersus paterfamilias dicēs. Hij
nouissimi una hora fecerūt: et pares
illos nobis fecisti qui portauimus
pondus diei et estus? At ille respon-
dens vni eorū dixit. Amice. non facio
tibi iniuriā. Nōne ex denario cōuenisti
mecum? Tolle q̄d tuū ē et vade. Vo-
lo autem huic nouissimo dare. sicut
et tibi. Aut non licet michi q̄d volo
facere? An oculus tuus nequā est. q̄a
ego bonus sum? Sic erūt nouissimi
primi: et primi nouissimi. Multi enī
sunt vocati: pauci vero electi. Et ascen-
dens ihesus ierosolimā: assumpsit
duodecim discipulos secreto. et ait il-
lis. Ecce ascendimus ierosolimā. ⁊ filius
hominis tradetur principibus sacer-
dotum et scribis: et condemnabūt eum
morte: et tradent eum gentibus ad
deludendū et flagellādū: et crucifigen
dum: ⁊ tertia die resurget. Tūc accessit
ad eū mater filiorū zebedei cū filijs suis:
adorās ⁊ petēs aliq̄d ab eo. Qui dixit
ei. Quid vis? Ait illi. Dic ut sedeant
hij duo filij mei vni ad dexterā tuā. et
vnus ad sinistram in regno tuo. Re-
spondens autem ihesus dixit. Nescitis
quid petatis. Potestis bibere calicem
quē ego bibiturus sum? Dicūt ei. Pos-
sumus. Ait illis. Calicem quidē meū
bibetis: sedere autem ad dexteram me-
am et sinistrā non est meum dare vo-
bis: sed quibus paratū est a patre meo.
Et audientes decem. indignati sunt
de duobus fratribus. Ihesus autem vo-
cauit eos et ait. Scitis q̄a principes
gentiū dominātur eorū: et qui
maiores sunt potestatem exercent in
eos? Non ita erit inter vos. Sed qui
cunq; voluerit inter vos maior fieri:
sit vestre minister. Et qui voluerit in
vobis primus esse: erit vestre seruus. Si-
cut filius hominis nō venit ministrari
sed ministrare: ⁊ dare animā suam
redemptionem ꝓ multis. Et egredien-
tibus illis ab iericho: secuta est eū tur-
ba multa. Et ecce duo cęci sedentes se-
cus viam. audierūt quia ihesus transi-
ret: ⁊ clamauerūt dicentes. Domine:
miserere nostri. fili dauid. Turba autē
increpabat eos ut tacerent. At illi ma-
gis clamabāt dicentes. Dñe: miserere
nostri. fili dauid. Et stetit ihesus: et vo-
cauit eos et ait. Quid vultis ut faciā
vobis? Domine ut aperiantur oculi
nostri. Misertus autem eorū ihesus:
tetigit oculos eorum. Et confestim vi-
derunt: et secuti sunt eum. xxi

Et cū appropinquassent ierosolo-
mis et venissent bethfage ad
montem oliuet: tunc ihesus misit

duos discipulos dicens eis. Ire in castellũ q̃d̃ contra vos est: & statim inuenietis asinã alligatã & pullũ cum ea: solute et adducite michi. Et si quis vobis aliquid dixerit · dicite quia dominus hys opus habet: & continuo dimittet eos. Hoc aũt factum est: ut adimpleret q̃d̃ dictũ est per ꝓphetam dicentem. Dicite filie syon: ecce rex tuus venit tibi mãsuetus sedens super asinã & pullũ filium subiugalis. Euntes autẽ discipuli fecerunt sicut præcepit illis ihesus. Et adduxerũt asinam & pullum & imposuerũt super eos vestimenta sua: & eum desuper sedere fecerũt. Plurima autẽ turba straverunt vestimenta sua in via. Alij aũt cedebãt ramos de arboribus: & sternebant i via. Turbe aũt que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid: benedictus qui venit in nõe dñi: osanna in altissimis. Et cũ intrasset ihesolimã: cõmota ẽ vniuersa ciuitas dicens. Quis ẽ hic? Populi autẽ dicebãt. Hic ẽ ihesus ꝓpheta a nazareth galilee. Et intrauit ihesus in templum dei: et eiiciebat omnes vendentes et ementes i templo: & mensas nummularioꝝ et cathedras vendentiũ columbas euertit: et dixit eis. Scriptũ ẽ: domus mea domꝰ orationis vocabit: vos autẽ fecistis illã speluncam latronum. Et accesserũt ad eũ ceci et claudi in templo: & sanauit eos. Videres autem principes sacerdotũ et scribe mirabilia q̃ fecit: & pueros clamãtes in templo et dicentes · osanna filio dauid: indignati sunt: & dixerũt ei. Audis quid isti dicũt? Ihesus autẽ dixit eis. Vtiq; Numquã legistis q̃a ex infantium & lactantiũ perfecisti laudem? Et relictis illis abijt foras extra ciuitatẽ in bethaniã: ibiq; mãsit. Mane autem reuertens in ciuitatẽ esuijt. Et videns fici arborẽ vnam sed nam venit ad eam · & nichil inuenit in ea nisi folia tantũ: et ait illi. Numquã ex te fructus nascatur in sempiternũ. Et arefacta ẽ cõtinuo ficulnea. Et videntes discipuli mirati sunt dicentes. Quomodo continuo aruit? Respondens autem ihesus. Ait eis. Amen dico vobis: si habueritis fidem & non hesitaueritis: non solũ de ficulnea facietis: sed & si monti huic dixeritis tolle & iacta te in mare: fiet. Et omnia quecunq; petieritis in oratione credentes accipietis. Et cũ venisset in templũ: accesserũt ad eũ docentem principes sacerdotũ et seniores ꝓpli dicentes. In qua potestate hec facis? Et quis tibi dedit hanc potestatẽ? Respondens ihesus · dixit eis. Interrogabo vos et ego vnũ sermonẽ: quẽ si dixeritis michi & ego vobis dicam in qua potestate hec facio. Baptismum iohannis vnde erat: e celo · an ex hominibus? Et illi cogitabãt inter se dicentes. Si dixerimus e celo: dicet nobis. Quare ergo nõ credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: timemus turbam. Omnes enim habebãt iohannem sicut ꝓphetam. Et respondentes ihesu · dixerũt. Nescimus. Et illis et ipse. Nec ego dico vobis in qua potestate hec facio. Quid autẽ vobis videtur? Homo quidã habebat duos filios: et accedens ad primũ dixit. Fili vade hodie operan in vineã meã. Ille autem respondens ait. Nolo. Postea autẽ penitẽtia motꝰ abijt. Accedens autem ad alterũ dixit similiter. At ille respondens ait. Eo dñe. Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatẽ patris? Dicunt. Primus. Dicit illis ihesus.

Amen dico vobis: quia publicani et mercetrices precedũt vos i regno dei. Venit enim aũt ad vos iohãnes i via iustitie: et nõ credidistis ei. Publicani autẽ et mercetrices crediderũt ei: vos aũt videntes nec penitentiã habuistis postea · ut crederetis ei. Aliã parabolam audite. Homo erat paterfamilias qui plãtauit vineam: et sepem circumdedit ei · et fodit i ea torcular: & edificauit turrim · et locauit eã agricolis: et peregre profectus est. Cum aũt tempus fructuũ appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas ut acciperent fructus eiꝰ. Et agricole apprehensis seruis eius · alium cecederũt · aliũ occiderũt: aliũ vero lapidauerũt. Iterũ misit alios seruos plures prioribus: & fecerũt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suũ dicens: verebũtur filiũ meũ. Agricole aũt videntes filiũ · dixerunt intra se. Hic est heres: venite occidamꝰ eum · & habebimꝰ hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerũt extra vineam · & occiderũt. Cum ergo venerit dominus vinee · quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: & vineam locabit alijs agricolis · qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis ihesus. Numq̃ legistis in scripturis · lapidẽ quẽ reprobauerũt edificantes · hic ẽ factus i caput anguli? A domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis: q̃a auferetur a vobis regnũ dei · et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidẽ istum cõtringetur: super quẽ vero ceciderit · conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotũ et pharisei parabolas eius: cognouerũt q̃d̃ de ipsis diceret. Et querentes eũ tenere timuerũt turbas: quoniam sicut prophetã eũ habebãt. Et respondẽs ihesus dixit iterũ in parabolis eis dicens. Simile factum est regnũ celorũ homini regi: q̃ fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare invitatos ad nuptias: et nolebãt venire. Iterũ misit alios seruos dicens. Dicite invitatis. Ecce prandiũ meũ paraui · tauri mei & altilia occisa · et omnia parata: venite ad nuptias. Illi aũt negligentes: et abierũt alius in villã suã · alius vero ad negotiationẽ suã. Reliqui vero tenuerũt seruos eius: & contumelijs affectos occiderũt. Rex autem cũ audisset iratus est: & missis exercitibus suis · perdidit homicidas illos · et ciuitatẽ illorũ incendit. Tũc ait seruis suis. Nuptie quidẽ parate sunt: sed qui invitati erãt non fuerũt digni. Ite ergo ad exitus viarũ: et quoscunq; inueneritis · vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias congregauerũt omnes quos inuenerũt malos & bonos: et impletẽ sunt nuptie discũbentiũ. Introuit autẽ rex ut videret discũbentes: et vidit ibi hominẽ non vestitũ veste nuptiali. Et ait illi. Amice: quomõ huc intrasti non habẽs vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus et pedibus eiꝰ · mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentiũ. Multi enim sunt vocati: paucꝰ vero electi. Tunc abeuntes pharisei cõsilium inierunt: ut raperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos · cum herodianis dicentes. Magister · scimꝰ quia verax es · et viã dei in veritate doces: et nõ est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominũ. Dic ergo nobis: quid tibi videtur. Licet censũ dare cesari · aut nõ? Cognita autem ihesus nequitia eorũ

xxij

ait. Quid me tentatis hypocrite? Ostendite mihi numismma census. At illi obtulerunt ei denarii. Et ait illis ihesus. Cui est ymago hec et superscriptio? Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: et q̃ sunt dei deo. Et audientes mirati sunt: et relicto eo abierunt. In illo die accesserunt ad eum saddducei qui dicunt nõ esse resurrectionẽ: et interrogauerunt eũ dicentes. Magister: moyses dixit. Si quis mortuus fuerit non habens filiũ: ut ducat frater eius uxorem illius: et suscitet semen fratri suo. Erant autẽ apud nos septem fratres: et primus uxore ducta defunctus est: et non habens semen reliquit uxorẽ suã fratri suo. Similiter secundus et tertius usq; ad septimum. Nouissime autem omnium et mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem uxor? Omnes enim habuerunt eã. Respondens autem ihesus ait illis. Errastis nescientes scripturas: neq; virtutem dei. In resurrectione enim neq; nubent: neq; nubentur: sed sunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione autẽ mortuorum non legistis q̃ dictũ est a deo dicente vobis? Ego sum deus abrahã: et deus ysaac: et deus iacob. Non est deus mortuorum: sed viuentũ. Et audientes turbe mirabãtur in doctrina eius. Pharisei autem audientes q̃ silentium imposuisset saddducis: conuenerunt in unũ: et interrogauit eũ unus ex eis legis doctor tentãs eum. Magister: q̃ est mandatũ magnum in lege? Ait illi ihesus. Diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo: et in tota anima tua: et in tota mente tua. Hoc est maximũ: et primũ mandatũ. Secundũ autẽ simile est huic. Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. In hijs duobus mãdatis uniuersa lex pendet et prophete. Congregans autẽ pharisaios interrogauit eos ihesus dicens. Quid vobis videtur de cristo cuius filius est? Dicunt ei. David. Ait illis. Quomõ ergo dauid in spiritu vocat eum dõm dicens: dixit dominus dõo meo: sede a dextris meis. Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ? Si ergo dauid vocat eum dõm: quomõ filius eius est? Et nemo poterat respondere ei verbũ: neq; ausus fuit quisq; ex illa die eũ amplius interrogare. xxij

Tunc ihesus locutus ẽ ad turbas: et ad discipulos suos dicens. Super cathedram moysi sederũt scribe et pharisei. Omnia ergo quecunq; dixerint vobis seruare: facite. Secundũ opera uero eorũ nolite facere. Dicunt enim: et nõ faciũt. Alligãt autẽ onera grauia: et importabilia: et imponunt in humeros hominũ: digito aũt suo nolunt ea mouere. Omnia uero opera sua faciunt: ut videant ab hominibus. Dilatant enim philacteria sua: et magnificant fimbrias. Amant aũt primos recubitus in cenis: et primas cathedras in synagogis et salutationes in foro: et vocari ab hominibus rabbi. Vos autẽ nolite vocari rabbi. Unus est enim magister vester: omnes autẽ vos fratres estis. Et patrẽ nolite vocare vobis super terrã: unus est enim pater vester q̃ in celis ẽ. Nec vocamini magistri: quia magister vester: unus ẽ cristus. Qui maior ẽ vestrũ: erit minister vester. Qui autẽ se exaltauerit humiliabit: et qui se humiliauerit exaltabitur. Ve aũt vobis scribe: et pharisei ypocrite: qꝛ claudistis regnũ celorũ ante homines. Vos enim nõ intratis: nec intrantes sinitis intrare. Ve vobis scribe et

pharisei ypocrite qui comedistis domos viduarũ: orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicũ. Ve vobis scribe: et pharisei ypocrite: qꝛ circuitis mare et aridam: ut faciatis unũ ꝓselitũ: et cũ fuerit factus: facitis eũ filiũ inferni duplo q̃ vos. Ve vobis duces ceci: qui dicitis quicunq; iurauerit p templum nichil est: qui aũt iurauerit i auro templi debitor ẽ. Stulti et ceci: q̃d enim maius ẽ: aurũ an templum q̃ sanctificat aurũ? Et quicunq; iurauerit i altari: nichil ẽ. Quicunq; aũt iurauerit i dono q̃ est super illud debet. Ceci: quid enim maius ẽ: donũ: an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurat i altari: iurat in eo: et i omnibus que super illud sunt. Et quicunq; iurauerit in templo: iurat in illo: et in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in celo: iurat i throno dei: et in eo qui sedet super eum. Ve autẽ vobis scribe et pharisei ypocrite: qui decimatis mentam et anetũ et cyminũ: et reliquistis que grauiora sunt legis: iudicium et misericordiã et fidem. Hec oportuit facere: et illa nõ omittere. Duces ceci: excolantes culicem: camelũ aũt glutientes. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite: q̃ mundatis q̃ de foris est calicis et parapsidis: intus aũt pleni estis rapina et immundicia. Pharisee ceci: munda prius q̃ intus ẽ calicis: et parapsidis: ut fiat et id q̃ de foris est mundum. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite: quia similes estis sepulcris dealbatis: que a foris parent hominibus speciosa: intus uero plena sunt ossibus mortuorũ: et omni spurcitia. Sic et vos a foris quidem parentis hominibus iusti: intus aũt pleni estis ypocrisi et iniquitate. Et vobis scribe et pharisei ypocrite: qui edificatis sepulcra prophetarũ: et ornatis monumẽta iustorũ: et dicitis. Si fuissemus in diebus patrũ nostrorũ: nõ essemus socij eorũ in sanguine prophetarũ. Itaq; testimonio estis vobismetipsis: quia filij estis eorũ qui prophetas occiderũt. Et vos implete mensurã patrũ vestrorũ. Serpentes: et genimina viperarũ: quomodo fugietis a iudicio gehenne? Ideo dico vobis. Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas: et ex illis occidetis et crucifigetis: et ex eis flagellabitis in synagogis vestris: et persequimini de ciuitate in ciuitatem: ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terrã. A sanguine abel iusti: usq; ad sanguinem zacharie filij barachie: quẽ occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis: veniet hec omnia super generationẽ istã. Hierusalẽ hierusalem: q̃ occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt: quotiens volui cõgregare filios tuos quemadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alas: et noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: nõ me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus q̃ venit i nomine dñi. xxiij

Et egressus ihesus de templo ibat. Et accesserunt discipuli eius ut ostenderent ei edificationes templi. Ipse aũt respondẽs dixit illis. Videtis hec omnia? Amen dico vobis: non relinquetur hic lapis super lapidem: qui nõ destruatur. Sedenti aũt eo super montem oliuarũ: accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis quãdo hec erunt: et q̃ signũ adventus tui: et consummationis seculi? Et respondens ihesus dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient i nomine

uero dicentes · ego sum cristus : et multos seducent. Audituri enim estis prelia ⁊ opiniones ꝓlioꝝ: videte ne turbemini. Oportet enim hec fieri : sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem · ⁊ regnũ in regnũ: et erit pestilentie et fames · et erit motus per loca. Hec aũt omnia · initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem · et occident vos : et eritis odio omnibus gentibꝰ · ꝓter nomẽ meũ. Et tunc scandalizabuntur multi · et invicem tradẽt: et odio habebũt invicẽ. Et multi pseudo ꝓphete surgent · et seducent multos: ⁊ quoniã abundabit iniquitas · refrigescet caritas multorũ. Qui aũt pseuerauerit usq; in finẽ hic saluus erit. Et ꝑdicabitur hoc euangelium regni i universo orbe · in testimonium omnibus gentibus : et tũc veniet consummatio. Cum ergo videritis abominationẽ desolationis · q̃ dicta ē a daniele ꝓpheta stantem i loco sancto : qui legit intelligat. Tũc qui in iudea sunt fugiant ad montes : ⁊ qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua: et qui in agro non reuertatur tollere tunicã suã. Ve aũt pregnãtibus et nutrientibus i illis diebꝰ. Orate aũt · ut nõ fiat fuga vestra in hieme uel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna · qualis nõ fuit ab initio mundi usq; modo · neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi · nõ fieret salua omnis caro : sed ꝓter electos breuiabũtur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit · ecce hic est cristus aut ecce illic : nolite credere. Surgent enim pseudo cristi et pseudo prophete · et dabũt signa magna et ꝑdigia: ita ut in errorem inducant si fieri potest etiã electi. Ecce ꝑdixi vobꝭ. Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est · nolite egire: ecce in penetrabilibus · nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente et paret usq; in occidentem: ita erit et aduentus filij hominis. Vbicunq; fuerit corpꝰ: illuc cõgregabũtur et aquile. Statim aũt post tribulationem dies illoꝝ sol obscurabitur : et luna nõ dabit lumen suũ · et stelle cadent de celo · et virtutes celoꝝ cõmouebunt. et tunc parebit signũ filij hominis in celo. Et tunc plangent omnes tribus terre : et videbũt filiũ hominis venientem in nubibus celi cum virtute multa et maiestate. Et mittet ãgelos suos cũ tuba et voce magna : ⁊ congregabunt electos eius a quatuor ventis · a summis celoꝝ usq; ad terminos eoꝝ. Ab arbore aũt fici discite parabolã : cũ iam ramus eius tener fuerit et folia nata · scitis quia ꝓpe est estas. Ita et vos cum videritis hec omnia · scitote quia ꝓpe est in ianuis. Amen dico vobis: quia nõ ꝑeribit generatio hec donec omnia fiant. Celum et terra ꝑeribũt: verba vero mea non ꝑeribũt. De die aũt illa ⁊ hora nemo scit · neq; ãgeli celoꝝ: nisi pater solus. Sicut aũt in diebus noe · ita erit et aduentꝰ filij hominis. Sicut enim erãt in diebꝰ ante diluuiũ comedentes ⁊ bibentes · nubentes et nuptiis tradentes · usq; ad eum diẽ quo introiuit in archam noe: et nõ cognouerũt donec venit diluuiũ ⁊ tulit omnes: ita erit ⁊ aduentus filij hominis. Tunc duo erãt in agro: unus assumetur et unus relinquetur. Due molentes in mola: una assumetur et una relinquetur. Duo in lecto: unus assumetur et unꝰ relinquetur. Vigilate ergo quia nesciis qua hora dominꝰ vester venturus sit. Illud aũt scitote : quoniam si scisset paterfamilias qua hora fur

venturus esset · vigilaret utiq; et non sineret ꝓfodi domũ suã. Ideo et vos estote parati: q̃ qua nesciis hora filiꝰ hois venturꝰ est. Quisquis est fidelis seruus et prudens · quẽ cõstituit dominus suus supra familiã suã: ut det illis cibũ in tempore. Bta ꝑ ille seruꝰ: quẽ cum venerit dũs eꝰ invenerit sic facientem. Amẽ dico vobis: quoniã super omnia bona sua cõstituet eũ. Si aũtẽ dixerit malus seruus ille in corde suo · morã facit dominꝰ meus venire: et cepit percutere conseruos suos: manducet aũt et bibat cũ ebriosis : veniet dũs serui illius in die qua non sperat · hora qua ignorat: ⁊ diuidet eũ · partemq; eius ponet cum ꝓditis : illic erit fletus et stridor dentium.

Tunc simile erit regnũ celoꝝ decẽ virginibus: que accipientes lãpades suas egerũt obuiã sponso et sponse. Quinq; autem ex eis erãt fatue : et quinq; prudentes. Sed quinq; fatue accepto lampadibus : nõ sumpserũt oleũ secũ. Prudentes uero acceperũt oleum in vasis suis cũ lampadibus. Morã autẽ faciente sponso: dormitauerũt omnes ⁊ dormierũt. Media aũt nocte clamor factus est : ecce sponsus venit egite obuiã ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: ⁊ ornauerũt lampades suas. Fatue aũt sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades noster extinguuntur. Respondẽrũt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis ⁊ vobis : ite potius ad vendentes et emite vobis. Dum aũt irent emere venit sponsus: ⁊ que parate erant intrauerũt cum eo ad nuptias: ⁊ clausa ē ianua. Nouissime uero veniũt et relique virgines dicentes. Domine dũe · aperi nobis. At ille respondẽs ait. Amen dico vobis : nesco vos. Vigilate itaq; quia nesciis diẽ neq; horam. Sicut enim homo peregre ꝓficiscens vocauit suos suos: ⁊ tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinq; talenta · alij aũt duo · alij uero unũ : unicuiq; sciam ꝓriam virtutem: et ꝓfectus est statim. Abijt aũt qui quinq; talenta acceperat : et operatꝰ est in eis et lucratus ē alia duo. Similiter qui duo acceperat lucratus est alia duo. Qui autẽ unũ acceperat abiens fodit in terrã: ⁊ abscondit pecuniam dñi sui. Post multũ uero temporis venit dũs seruoꝝ illorũ : et posuit rationẽ cum eis. Et accedens q̃ quinq; talenta acceperat: obtulit alia quinq; talenta dicens. Domine quinq; talenta tradidisti michi: ecce alia quinq; supe lucratus sum. Ait illi dũs eius: Euge serue bone ⁊ fidelis: quia sup paucꝰ fuisti fidelis · sup multa te cõstituã: intra in gaudiũ dñi tui. Accessit autem et q̃ duo talenta acceperat · et ait. Dũe duo talẽta tradidisti michi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eiꝰ. Euge serue bone et fidelis : quia super paucꝰ fuisti fidelis · sup multa te constituã : intra in gaudiũ dñi tui. Accedens autẽ et qui unũ talentũ acceperat ait. Dũe scio quia homo durus es: metis ubi nõ seminasti · et congregas ubi nõ sparsisti: et timens abij et abscondi talentũ tuũ in terra. Ecce habes q̃ tuũ est. Respondens aũt dominꝰ eiꝰ · dixit ei. Serue male et piger : sciebas q̃ metio ubi nõ seminꝰ · et congrego ubi nõ sparsi. Oportuit ergo te committere pecuniã meã nũmularijs: et veniẽs ego recepissem utiq; q̃ meũ est cũ vsura. Tollite itaq; ab eo talentũ : et date ei qui habet decem talenta. Omni enim

habenti dabitur ⁊ abundabit: et aut
qui nõ habet: et qõ videtur habere au-
feretur ab eo: ⁊ inutile seruũ eiite in te-
nebras exteriores: illic erit fletus et stri-
dor dentiũ. Cum aut venerit filius ho-
minis in maiestate sua et omnes angeli
cum eo: tũc sedebit super sedem maiestatis
suę: et cõgregabũtur ante eum omnes
gentes: et separabit eos abinuicem: si-
cut pastor segregat oues ab hedis. Et
statuet oues quidẽ a dextris suis: he-
dos autem a sinistris. Tunc dicet rex
his qui a dextris eius erunt. Venite
benedicti patris mei: possidete paratũ
vobis regnum a cõstitutione mundi.
Esuriui enim: et dedistis michi man-
ducare. Sitiui et dedistis michi bibere.
Hospes eram: ⁊ collegistis me. Nudus
et operuistis me. Infirmus: et visitasti
me. In carcere eram: ⁊ venistis ad me.
Tũc respondebũt ei iusti dicentes. Do-
mine: quãdo te vidimus esurientem
et pauimus: sitientem: et dedimus tibi
potum? Quãdo aũt te vidimus hos-
pitem ⁊ collegimus te: aut nudũ et co-
operuimus te? Aut quando te vidi-
mus infirmũ aut in carcere: ⁊ venimus
ad te? Et respõdens rex dicet illis. Amẽ
dico vobis: qdiu fecistis vni de hijs
fratribus meis minimis: michi fecistis.
Tunc dicet et hijs qui a sinistris erũt:
discedite a me maledicti i ignẽ eternũ:
qui paratus est diabolo et angelis
eius. Esuriui enim: et nõ dedistis mi-
chi manducare. Sitiui: et non dedisti
michi potum. Hospes eraẽ: et nõ col-
legistis me. Nudus: et non operuisti
me. Infirmus et in carcere: et non visi-
tastis me. Tunc respondebũt et ipsi
dicentes. Domine: quãdo te vidimus
esurientem aut sitientem aut hospit-
aut nudũ aut infirmũ aut in carcere:
et nõ ministrauimus tibi? Tũc respõde-
bit illis dicens. Amẽ dico vobis: qdiu
nõ fecistis vni de minoribus hijs nec
michi fecistis. Et ibũt hij i supplicũ e-
ternũ: iusti aũt i vitã eternã. xxvi

Et factum est cum consummasset
ihesus sermones hos omnes: di-
xit discipulis suis. Scitis quia post bi-
duũ pasca fiet: et filius hominis tradet
ut crucifigatur. Tunc congregati sũt
principes sacerdotũ et seniores ppli in
atriũ principis sacerdotũ: qui dicha-
tur cayphas: et cõsiliũ fecerũt ut ihesũ
dolo tenerent ⁊ occiderẽt. Dicebãt au-
tem. Non in die festo. Ne forte tumul-
tus fiereet in plo. Cum aũt esset ihesus
in bethania in domo simonis lepro-
si: accessit ad eum mulier habens ala-
bastrum unguenti pretiosi: et effudit super
caput ipsius recumbentis. Videntes
aũt discipuli: indignati sunt dicentes.
Vt quid perditio hec? Potuit enim istud
venundari multo: ⁊ dari pauperibus.
Sciens aũt ihesus ait illis. Quid mo-
lesti estis huic mulieri? Opus bonũ
operata est in me. Nam semper pau-
pres habetis vobiscũ: me aũt non semp
habetis. Mittens enim hec unguentũ hoc i
corp meũ: ad sepeliendũ me fecit. Amẽ
dico vobis: ubicunq; prdicatum fuerit
hoc euangelium in toto mũdo: dicetur
et qd hec fecit i memoriã eius. Tũc ab-
ijt unus de duodecim qui dicitur iu-
das scarioth: ad principes sacerdotũ:
et ait illis. Quid vultis michi dare: et
ego vobis eum tradã? Et illi constitu-
erunt ei triginta argenteos. Et exinde
querebat opportunitatem ut eũ traderet.
Prima aũt die azimorũ accesserũt dis-
cipuli ad ihesum dicentes. Vbi vis pa-
remus tibi comedere pascha? Et ihesus
dixit. Ite in ciuitatem ad quidam: et

dicite ei. Magister dicit: tempus meũ
prope est: apud te facio pascha cũ disci-
pulis meis. Et fecerunt discipuli sicut
constituit illis ihesus: ⁊ paraverunt
pascha. Vespere aũt facto: discumbebat
cũ duodecim discipulis suis. Et edenti-
bus illis dixit. Amen dico vobis: qa
unus vestrũ me traditurus est. Et con-
tristati valde: ceperunt singuli dicere.
Numquid ego sum domine? At ipse
respondens ait. Qui intingit mecum
manũ in parabside: hic me tradet. Fi-
lius quidem hominis vadit sicut scri-
ptum est de illo: ve aũt homini illi: p
quẽ filius hominis tradetur. Bonũ
erat ei: si natus non fuisset homo ille.
Respondens aũt iudas qui tradidit
eum dixit. Numquid ego sum rabbi?
Ait illi. Tu dixisti. Cenantibus autẽ eis:
accepit ihesus panem et benedixit: ac
fregit: deditq; discipulis suis et ait. Sumite
et comedite: hoc est corpus meũ.
Et accipiens calicem gratias egit: et
dedit illis dicens. Bibite ex hoc omes.
Hic est enim sanguis meus noui testa-
menti: qui p multis effundetur: in re-
missionem peccatorũ. Dico aũt vobis:
nõ bibã amodo de hoc genimine vi-
tis usq; in diem illũ: cum illud bibam
vobiscum nouũ in regno patris mei.
Et ymno dicto: egressi sũt in montem oli-
ueti. Tunc dicit illis ihesus. Omnes
vos scandalũ patiemini in me in ista
nocte. Scriptũ est enim. Percutiã pastorem
et dispergentur oues gregis. Post-
q; aũt resurrexero: precedã vos in gali-
leã. Respondens aũt petrus ait illi. Et
si omnes scandalizati fuerint i te: ego
nũq; scandalizabor. Ait illi ihesus.
Amen dico tibi: quia in hac nocte an-
teq; gallus cãtet: ter me negabis. Ait
illi petrus. Etiã si oportuerit me mori
tecum: non te negabo. Similiter et o-
mnes discipuli dixerũt. Tunc venit ihe-
sus cum illis in villam que dicitur
gethsemani. Et dixit discipulis suis.
Sedete hic: donec vadã illuc et oram.
Et assumpto petro ⁊ duobus filijs ze-
bedei: cepit cõtristari ⁊ mestus esse. Tũc
ait illis. Tristis est anima mea usq;
ad mortem. Sustinete hic: et vigilate
mecum. Et progressus pusillũ: cecidit i
faciem suã orans ⁊ dicens. Mei pater:
si possibile ẽ transeat a me calix iste. Ve-
rũtamẽ nõ sicut ego volo: sed sicut
tu. Et venit ad discipulos suos et in-
uenit eos dormientes: et dicit petro. Sic
nõ potuistis una hora vigilare mecũ?
Vigilate et orate: ut non intretis in
temptationẽ. Spiritus quidẽ promptus
est: caro aũt infirma. Iterũ secũdo ab-
ijt: et oravit dicens. Pater mi: si non
potest hic calix transire nisi bibam il-
lum: fiat voluntas tua. Et venit iterũ:
et inuenit eos dormientes. Erant enim
oculi eorũ grauati. Et relictis illis: iterũ
abijt et oravit tertio eundẽ sermonẽ di-
cens. Tũc venit ad discipulos suos: et
dicit illis. Dormite iã et requiescite. Ecce
appropinquabit hora: et filius hominis
tradetur in manus peccatorũ. Surgite
eamus. Ecce appropinquabit qui me
tradet. Adhuc ipso loquente: ecce iudas
unus de duodecim venit: ⁊ cum eo tur-
ba multa cũ gladijs ⁊ fustibus: missi
a principibus sacerdotũ et senioribus
populi. Qui aũt tradidit eum: dedit
illis signũ dicens. Quẽcunq; osculatus
fuero: ipse est: tenete eum. Et continenti
accedens ad ihesum dixit. Ave rabbi.
Et osculatus est eum. Dixitq; illi ihe-
sus. Amice ad quid venisti? Tunc ac-
cesserũt et manus iniecerũt in ihesum:
et tenuerũt eum. Et ecce unus ex hijs

qui erant cum iheſu · extendens manū
extraxit gladiū ſuum: et percutiens ſeruū
principis ſacerdotū amputauit auri-
culā eius. Tunc ait illi iheſus. Conuerte
gladiū tuū in locū ſuum. Omnes enī
qui acceperint gladiū · gladio peribūt.
An putas quia non poſſum rogare
patrē meum: et exhibebit michi modo
pluſq; duodecim legiones angelorū?
Quomō ergo implebūtur ſcripture?
Quia ſic oportet fieri. In illa hora di-
xit iheſus turbis. Tanq; ad latronē
exiſtis cum gladijs et fuſtibus cōpre-
hendere me. Quotidie apud vos ſe-
bam docens in templo: et nō me tenuiſ-
tis. Hoc autē totū factū est: ut impleren-
tur ſcripture prophetarū. Tunc diſcipuli
omnes relicto eo fugerūt. At illi tenentes
iheſum · duxerūt ad caiphan principē
ſacerdotū: ubi ſcribe et ſeniores conue-
nerāt. Petrus autē ſequebat eū a longe:
uſq; in atriū principis ſacerdotū. Et
ingreſſus intro ſedebat cū miniſtris · ut
videret finem. Principes autē ſacerdo-
tum et omne conſilium querebāt falſū
teſtimoniū contra iheſum · ut eū morti
traderent et nō inuenerūt: cum multi
falſi teſtes accaſſiſſent. Nouiſſime autē
venerūt duo falſi teſtes · et dixerūt. Hic
dixit. Poſſum deſtruere templū dei: et
poſt triduū reedificare illud. Et ſurgēs
princeps ſacerdotū ait illi. Michil re-
ſpondes ad ea q̄ iſti aduerſum te teſti-
cātur? Iheſus autē tacebat. Et princeps
ſacerdotū ait illi. Adiuro te p deū vi-
uum · ut dicas nobis ſi tu es chriſtus fi-
lius dei. Dicit illi iheſus. Tu diſiſti.
Verumtamē dico vobis: amodo vide-
bitis filiū hominis ſedentē a dextris
virtutis dei · et venientem in nubibus
cēli. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit
veſtimenta ſua dicēs. Blaſphemauit.
Quid adhuc egeamus teſtibus? Ecce nūc
audiſtis blaſphemiā. Quid vobis vi-
detur? At illi reſpondentes dixerūt. Re-
us eſt mortis. Tunc expuerunt in faciē
eius: et colaphis eum ceciderunt. Alij
autē palmas in faciem ei dederūt dicen-
tes. Prophetiza nobis chriſte. Quis eſt q̄
te percuſſit? Petrus vero ſedebat foris in
atrio: et acceſſit ad eū vna ancilla di-
cens. Et tu cū iheſu galileo eras. At ille
negauit coram omnibus dicēs: neſci-
o quid dicis. Exeunte autē illo iamuā-
vidit eū alia ancilla: et ait hijs qui erāt
ibi. Et hic erat cum iheſu nazareno.
Et iterū negauit cum iuramento: quia
nō noui hominē. Et poſt pauſillū acceſ-
ſerunt qui ſtabant: et dixerūt petro. Ve-
re · et tu ex illis es. Nam et loquela tua
manifeſtū te facit. Tunc cepit deteſtari
et iurare: quia nō nouiſſet hominem.
Et continuo gallus cantauit. Et me-
mor factus eſt petrus verbi iheſu q̄ dixerat: pri-
uſq; gallus cantet · ter me negabit. Et e-
greſſus foras · fleuit amare. xxvij

Mane autē facto · conſilium inierunt
omnes principes ſacerdotū et ſe-
niores populi aduerſus iheſum · ut eum
morti traderent. Et vinctū adduxerū-
rum: et tradiderunt pontio pilato pre-
di. Tunc videns iudas qui eum tradi-
dit q̄ damnatus eſſet: penitentia duc̄
reuulit triginta argenteos principibus
ſacerdotum et ſenioribus dicens. Peccā-
uī · tradens ſanguinē iuſtū. At illi di-
xerunt. Quid ad nos? Tu videris. Et
proiectis argenteis in templo: receſſit
et abiens laqueo ſe ſuſpendit. Princi-
pes autē ſacerdotum · acceptis argente-
is dixerunt. Non licet eos mittere in
corbonan: quia pretū ſanguinis eſt.
Conſilio autē inito · emerunt ex illis a-
grum figuli in ſepulturā peregrinorū:

propter hoc vocatus eſt ager ille achel-
dmach: hoc eſt ager ſanguinis · uſq;
in hodiernū diem. Tūc impletū eſt q̄
dictū eſt p ieremiā prophetam dicentē.
Et acceperūt triginta argenteos · pretū
appeciati quē appeciauerūt a filijs iſrl:
et dederūt eos in agrū figuli · ſicut conſti-
uit michi dūs. Iheſus autē ſtetit ante
preſidem: et interrogauit eum preſes dicēs.
Tu es rex iudeorū? Dicit illi iheſus. Tu
dicis. Et cum accuſaretur a principi-
bus ſacerdotū et ſenioribus · michil re-
ſpondit. Tunc dicit illi pilatus. Non
audis · quāta aduerſum te dicūt teſti-
monia? Et non reſpondit ei ad vllū
verbū: ita ut miraretur preſes vehemen-
ter. Per diē autē ſolemnē conſueuerat
preſes dimittere populo vnū vinctū quē
voluiſſet. Habebat autē tunc vinctum
inſignē qui dicebat barrabas. Con-
gregatis ergo illis dixit pilatus. Quē
vultis dimittā vobis: barrabam an
iheſum qui dicitur chriſtus? Sciebat e-
nim q̄ per invidiā tradidiſſent eum.
Sedente autē illo pro tribunali: miſit
ad eum vxor eius dicens. Michil tibi
et iuſto illi. Multa enim paſſa ſum
hodie p viſum propter eum. Principes
autē ſacerdotum et ſeniores perſuaſerūt
populo ut peteret barrabam: iheſum vero
perderent. Reſpondens autē preſes ait
illis. Quē vultis vobis de duobus
dimittī? At illi dixerūt · barraban. Di-
cit illis pilatus. Quid igitur faciā de
iheſu qui dicitur chriſtus? Dicūt omnes.
Crucifigat. Ait illis preſes. Quid enim
mali fecit? At illi magis clamabant
dicēs. Crucifigat. Videns autē pilatus
quia michil proficeret ſed magis tumul-
tus fieret: acceptā aqua lauit manus
coram populo dicens. Innocens ego ſum
a ſanguine huius iuſti: vos videritis.
Et reſpondens vniuerſus populus dixit.
Sanguis eius ſuper nos · et ſuper filios
noſtros. Tunc dimiſit illis barraban:
iheſum autē flagellatū tradidit eis ut
crucifigerent. Tūc milites preſidis ſuſci-
pientes iheſum in prētorio · congrega-
uerūt ad eum vniuerſam cohortem: et
exuentes eum clamide coccinā circum-
dederūt ei: et plectentes coronā de ſpinis
poſuerūt ſuper caput eius: et arundinē
in dextera eius: et genu flexo ante eū il-
ludebāt ei dicentes. Aue · rex iudeorū.
Et expuentes in eum: acceperūt arundi-
nem et percutiebāt caput eius. Et poſt-
q̄ illuſerūt ei exuerūt eum clamide · et
induerūt eū veſtimentis eius: et duxe-
runt eū ut crucifigerent. Exeuntes autē
inuenerūt hominē cyrenē nomine ſi-
monē. Hunc angariauerūt ut tollere
crucem eius. Et venerūt in locū q̄ dicit
golgatha: q̄ eſt calvarie locus. Et de-
derunt ei vinū bibere · cum felle mixtū.
Et cum guſtaſſet · noluit bibere. Poſt-
q̄ autē crucifixerūt eum · diuiſerūt veſti-
menta eius ſortem mittentes: et ſedē-
tes ſeruabāt eum. Et impoſuerūt ſuper
caput eius cauſam ipſius ſcriptā: hic
eſt rex iudeorū. Tunc crucifixi ſunt cum
eo duo latrones: unus a dextris · et unus
a ſiniſtris. Prētereuntes autē blaſphe-
mabāt eum: mouentes capita ſua et
dicentes. Vah qui deſtruis templū dei
et in triduo illud reedificas. Saluā te
metipſum: ſi filius dei es deſcende de
cruce. Similiter et principes ſacerdo-
tum illudentes cū ſcribis et ſenioribus
dicebāt. Alios ſaluos fecit: ſeipſum
non poteſt ſaluū facere. Si rex iſrahel
eſt deſcendat nūc de cruce: et credimus ei.
Confidit in deo: liberet nunc eū ſi vult.
Dixit enim quia dei filius ſum. Idipſum
autem et latrones qui crucifixi erāt cū

eo·improperabãt ei. A sexta aũt hora
tenebre facte sunt sup universam te-
ram: usq; ad horam nonã. Et circa
horam nonã clamavit voce magna
dicẽs. Heli·heli·lamazabatani. Hoc
est. Deus meus·deus meus: ut quid
dereliquisti me? Quidam autem illic
stantes ⁊ audientes dicebãt. Heliam
vocat iste. Et cõtinuo currens vn⁹ et⁹ ei⁹
acceptam spongiam impleuit aceto:
et imposuit arundini·et dabat ei bi-
bere. Ceteri vero dicebant. Sine·vide-
amus an veniat helias liberãs eum.
Ihesus autem iterum clamans voce
magna emisit spiritum. Et ecce velũ
templi scissum est in duas partes·a
summo usq; deorsum. Et terra mo-
ta est·et petre scisse sunt·et monumenta
aperta sunt: et multa corpora san-
ctorum qui dormierant surrexerũt. Et
exeuntes de monumentis post resur-
rectionem eius venerunt in sanctam
ciuitatem: ⁊ apparuerũt multis. Centu-
rio autem et qui cum eo erant custodi-
entes ihesum: viso terre motu ⁊ his q̃
fiebant·timuerũt valde dicentes. Ve-
re·filius dei erat iste. Erant ibi aũt mu-
lieres multe alonge·que secute erãt ihe-
sum a galilea ministrãtes ei: inter q̃s
erat maria magdalene et maria iaco-
bi·et ioseph mater: ⁊ mater filiorũ zebe-
dei. Cũ aũt sero factũ esset·venit quidã
homo diues ab arimathia nõiẽ io-
seph: q̃ et ipe discipul⁹ erat ihesu. Hic
accessit ad pilatũ·⁊ petijt corpus ihesu.
Tũc pilat⁹ iussit reddi corp⁹. Et acce-
pto corpore ioseph inuolut illud in
syndone munda: et posuit illud i monu-
mento suo nouo·q̃ exciderat i petra.
Et aduolut saxũ magnũ ad ostium
monumẽti et abijt. Erat aũt ibi maria
magdalene·et altera maria: sedẽs
cõtra sepulcrũ. Altera aũt die que est
post parasceuen: cõuenerũt principes
sacerdotũ et pharisei ad pilatũ dicẽtes.
Domine recordati sumus·quia seduc-
tor ille dixit adhuc viuens·post tre
dies resurgam. Iube ergo custodiri se-
pulcrum usq; in diem tertium: ne for-
te veniant discipuli eius et furentur e-
um·⁊ dicant plebi surrexit a mortuis:
et erit nouissimus error prior priore.
Ait illis pilatus. Habetis custodiam:
ite custodite sicut scitis. Illi autem ab-
euntes·muniuerũt sepulcrum: signantes
lapidem cũ custodibus. XXVIII

Vesphere aũt sabbati que lucescit in
prima sabbati: venit maria ma-
dalene ⁊ altera maria videre sepulcr⁹.
Et ecce terre motus factus est magn⁹.
Angelus enim domini descendit de
celo: ⁊ accedens reuoluit lapidem: ⁊ se-
debat sup eum. Erat autem aspectus e-
ius sicut fulgur: et vestimentum eius
sicut niz. Pre timore autem eius exte-
riti sunt custodes: et facti sunt velut
mortui. Respondens autem angelus
dixit mulieribus. Nolite timere vos.
Ego enim q̃ ihesum qui crucifixus e
queritis. Non est hic·surrexit enim·si-
cut dixit. Venite ⁊ videte locũ·vbi pos-
tus erat dominus. Et cito euntes dice-
te discipulis eius q̃a surrexit: ⁊ ecce pre-
cedet vos in galileam. Ibi eũ videbit⁹:
ecce ꝓdixi vobis. Et exeũtes cito de mo-
numẽto cũ timore ⁊ gaudio magno:
currentes nunciare discipulis ei⁹. Et
ecce ihesus occurrit illis dicens. Auete.
Ille aũt accesserunt ⁊ tenuerũt pedes e-
ius: ⁊ adorauerũt eum. Tunc ait illis
ihesus. Nolite timere·ite nunciate fra-
tribus meis ut eant in galileam: ibi
me videbũt. Que cum abiissent: ecce
quidã e custodibus venerũt i ciuitatẽ

et nunciauerũt principibus sacerdotũ
omnia que facta fuerãt. Et cõgregati
cum senioribus consilio accepto·pe-
niã copiosam dederũt militibus dicẽtes.
Dicite quia discipuli eius nocte venẽ-
runt: et furati sunt eum nobis domi-
mitibus. Et si hoc auditũ fuerit a pre-
side: nos suadebimus ei ⁊ securos vos
faciemus. Et illi accepta pecunia·fece-
runt sicut erant edocti. Et diuulgatũ e
verbũ istud apud iudeos·usq; in ho-
diernũ diem. Vndecim aũt discipuli
abierũt in galileam: in monte vbi
cõstituerat illis ihesus. Et videntes e-
um adorauerũt: quidã aũt dubitã-
uerunt. Et accedens ihesus·locutus e
eis dicens. Data est michi omnis po-
testas·in celo et in terra. Euntes ergo
docete omnes gentes: baptizantes e-
os in nomine patris et filij et spiritus
sancti: docentes eos seruare omnia
quecunq; mandaui vobis. Et ecce e-
go vobiscum sum omnibus diebus·
usq; ad consũmationem seculi. Explicit euangelium secũdũ matheum·incipit prologus in euangelium secũdũ marcum

Marcus euangelista
dei electus·et pri in
baptisuare filij⁹·atq;
in diuino seruore
discipulus·sacerdotij in israhel agnos-
scendũ carnem leuita ad fidem cristi
cõuersus·euangelijs in ysaia scriptis
obtendens in eo quid et generi suo de-
beret ⁊ cristo. Nam initiũ principij in
voce ꝓphete ex clamationis institues
ordinem leuitice electionis obtendit:
ut ꝓdicans predestinatũ iohãnem fi-
lium zacharie in voce ãgeli ãnuncian-
tis emissum: nõ solũ verbũ carnem fa-
ctum sed et corpus dominii in omnia
per verbũ diuine vocis animatum·in
initio euangelice predicationis ostẽ-
deret: ut quis hec legens scieret cui ini-
tium carnis in domino: et ihesu ad-
uenientis habitaculum caro deberet a-
gnoscere: atq; in se verbũ vocis q̃ in
cõsonãtibus ꝓdiceret inueniret. Deinq;
⁊ precursor euangelij q̃ intras ⁊ a baptis-
mo domini ꝓdicare deũ inchoãs nõ
laborauit naturatem carnis quã in
prioribus videret dicere: sed tacitus ex
primens positionem deferri numerum
reuniri temptationẽ diaboli·cõgregaci-
onẽ bestiarũ·⁊ ministeriũ ꝓtulit ãge-
lorũ: ut instituens nos ad intelligen-
dum singula·i breui cõpingens·nec
auctoritate facte rei deueret·et ꝓcedi
ori⁹ plenitudinẽ nõ negaret. Deinq;
amputasse sibi post fidẽ pollice dicit·
ut sacerdotij reprobus habereur: sed
tãtum cõsentiens fidei ꝓdestinata po-
tuit electio: ut nec sic in opere verbi pre-
dere q̃ prius mereuerat in genere. Sã
allexandrie episcopus fuit. Cuius pe
singula opus fuit scire et euangelij in
se dicta disponere: ⁊ disciplinã legis i
se agnoscere: et diuinam in carne dei
intelligere naturam. Que in nos pri-
mum requiri·deinde inquisita volu-
mus agnosci habentes mercedẽ exhorta-
tionis: quoniã qui plãtat et q̃ rigat
vnũ sunt: qui aũt incrementũ prestat
deus est. Explicit prologus. Incipit euangelium secũdũ marcum.

Sicut euangelij ihesu cristi filij dei: si-
cut scriptum est in ysaia ꝓphta. Ecce
mitto angelũ meũ ante faciem tuam:
qui preparabit viã tuã ante te. Vox
clamãtis in deserto. Parate viã dõi:
rectas facite semitas eius. Fuit in de-
serto iohannes baptizans et ꝓdicans
baptismũ penitentie: in remissionem
peccatorũ. Et egrediebatur ad eũ omnis

iudee regio: et iherosolimite universi
et baptizabantur ab illo in iordanis
flumine confitentes peccata sua. Et
erat iohannes vestitus pilis camelo-
rum et zona pellicea circa lumbos e-
ius: et locustas et mel silvestre edebat:
et ꝓdicabat dicens. Veniet fortior me
post me: cui⁹ nõ sum dign⁹ prombẽs
solvere corrigiã calciamẽtoꝝ eiꝰ. Ego
baptizaui vos aqua: ille vero baptiza-
bit vos spiritu sancto. Et factum est
in diebus illis: venit iheſus a nazare-
th galilee: ⁊ baptizatus est a iohãne
in iordane. Et statim ascendens de a-
qua: vidit celos apertos: et spiritũ san-
ctum tanq̃ columbã descendentem ⁊
manentem in ipo. Et vox facta est de
celis. Tu es filius meus dilectus: in te
complacui. Et statim spiritꝰ expulit
eum in desertũ. Et erat in deserto qua-
dragintа diebus et quadraginta no-
ctibus: et tentabat a sathana. Erat
q̃ cum bestijs: ⁊ angeli ministrabant
ei. Postq̃ autẽ traditus est iohannes:
venit iheſus in galileã ꝓdicans euan-
gelium regni dei ⁊ dicens. Quoniam
impleuit ẽ tempus: et appropinqua-
vit regnũ dei. Penitemini: et credite e-
uangelio. Et prociens secus mare gali-
lee: vidit simonẽ ⁊ andreã fratrem eiꝰ
mittentes retia in mare. Erãt enim pi-
scatores. Et dixit eis iheſus. Venite
post me: ⁊ faciam vos fieri piscatores
hominũ. Et ꝓtinus relictis retibus se-
cuti sunt eum. Et ꝓgressus inde pusil-
lum vidit iacobũ zebedei et iohannẽ
fratrem eius: et ipsos componentes re-
tia in naui: statim vocauit illos. Et
relicto patre suo zebedeo in naui cum
mercenarijs: secuti sunt eum. Et in-
gredientur capharnaũ: et statim sab-
batis ingressus in sinagogã docebat
eos. Et stupebãt super doctrina eiꝰ. Erat
enim docens eos quasi potestatem ha-
bens: et non sicut scribe. Et erat i sina-
goga eorꝝ homo in spiritu immundo:
et exclamauit dicens. Quid nobis et
tibi iheſu nazarene? Venisti perdere
nos. Scio qui sis: sanctus dei. Et com-
minatus est ei iheſus dicens. Obmu-
tesce: et exi de homine. Et discrepens e-
um spiritus immũdus ⁊ exclamans
voce magna: exijt ab eo. Et mirati sũt
omnes: ita ut cõquirerẽt inter se dicen-
tes. Quid nam est hoc? Que nã do-
ctrina hec noua? Quia i potestate spi-
ritibus immũdis imperat: ⁊ obedint
ei. Et pollit rumor eiꝰ statim i omnẽ
regionẽ galilee. Et ꝓtinus egredientes
de sinagoga: venerũt in domũ simo-
nis ⁊ andree cum iacobo et iohanne.
Decumbebat autem socrus simonis
febricitãs: et statim dicũt ei de illa. Et
accedens eleuauit eam apprehensa ma-
nu eius: et cõtinuo dimisit eã febris:
et ministrabat eis. Vespere autem fa-
cto cum occidisset sol afferebãt ad eũ
omnes male habentes: et demonia
habentes: ⁊ erat omnis ciuitas cõgre-
gata ad ianuã. Et curauit multos
qui vexabãtur varijs languoribus:
et demonia multa eiciebat: et non sin-
bat ea loqui quoniã sciebant eũ. Et
diluculo valde surgens egressus abijt
in desertũ locum: ibiq̃ orabat. Et pro-
secutus est eum simon: et qui cum illo
erant. Et cum inuenissent eũ dixerunt
ei: quia omnes quirũt te. Et ait illis.
Eamus in ꝓximos vicos ⁊ ciuitates:
ut ⁊ ibi ꝓdicem. Ad hoc enim vni. Et
erat ꝓdicans in sinagogis eorꝝ ⁊ in o-
mni galilea: et demonia eiciens. Et
venit ad eum leprosus deprecans eũ:
et genu flexo dixit. Si vis potes me

mundare. Iheſus aũt misertus eius
extendit manũ suã: et tangens eũ ait
illi. Volo. Mundare. Et cum dixisset
statim discessit ab eo lepra: et mũdatꝰ
est. Et cõminatus est ei statimq̃ eiecit
illũ: ⁊ dixit ei. Vide nemini dixeris: sed
vade ostende te principi sacerdotũ: et
offere pro emundatione tua q̃ preceptt
moyses i testimoniũ illis. Et egressus
cepit ꝓdicare ⁊ diffamare sermonem:
ita ut iam non posset manifeste intro-
ire in ciuitatẽ sed foris in desertis locis
esset: et cõueniebãt ad eũ undiq̃. ¶

Et iterꝝ intrauit capharnaũ post
dies: et auditũ est q̃ in domo
esset et conuenerũt multi ita ut non ca-
perent neq̃ ad ianuã: ⁊ loquebatur eis
verbũ. Et venerũt ad eum ferentes pa-
raliticũ: qui a quatuor portabatur. Et cũ
non possent offere eum illi pre turba
nudauerũt tectum ubi erat: et patefaci-
entes submiserũt grabatũ in quo pa-
ralitius iacebat. Cum aũt vidisset iheſus
fidem illoꝝ: ait paralitico. Fili di-
mittuntur tibi peccata tua. Erãt autem
illic quidã de scribis sedentes: et cogi-
tantes in cordibus suis. Quid hic sic
loquitur? Blasphemat. Quis potest
dimittere peccata: nisi solus deꝰ? Quo
statim cognouit iheſus spiritu suo q̃a
sic cogitarent intra se: dicit illiꝰ. Quid
ita cogitatis i cordibus vestris? Quid
est facilius dicere paralitico dimittun-
tur tibi peccata: an dicere surge tolle
grabatũ tuũ et ambula? Et aũt scia-
tis quia filius hominis habet potesta-
tem in terra dimittendi peccata: ait pa-
ralitico. Tibi dico surge: tolle grabatũ
tuũ: et vade in domũ tuã. Et statim
surrexit ille: ⁊ sublato grabato abijt in
de coram hominibus ita ut mirarentur
omnes et glorificarent deũ dicentes:
quia numq̃ sic vidimus. Et egressus
est rursus ad mare: omnisq̃ turba ve-
niebat ad eum: ⁊ docebat eos. Et cum
preterire vidit leui alphei sedentem ad
theloneum: et ait illi. Sequere me. Et
surgens secutus est eum. Et factum est
cum accumberet in domo illiꝰ: multi
publicani ⁊ peccatores simul discum-
bebãt cum iheſu ⁊ discipulis eiꝰ. Erãt
enim multi qui et sequebantur eũ. Et
scribe et pharisei videntes quia man-
ducabat cũ publicanis et peccatoribus:
dixerunt discipulis eius. Quare cum
publicanis et peccatoribus manducat
et bibit magister vester? Hoc audito
iheſus ait illis. Non necesse habẽt sa-
ni medico: sed qui male habent. Nõ
enim veni vocare iustos: sed peccatores.
Et erãt discipuli iohãnis et pharisei ie-
iunantes: et veniunt ⁊ dicũt illi. Qua-
re discipuli iohãnis et pharisei ieiu-
nantes: et tui discipuli nõ ieiunãt? Et
ait illis iheſus. Numq̃ possũt filij nu-
pciarꝝ q̃diu sponsus est cũ illis ieiuna-
re? Quãto tempore habent secũ sponsum
non possunt ieiunare. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: et tunc ieiunabũt in illis diebus.
Nemo assumentũ panni rudis assuit
vestimẽto veteri. Alioquin auferet sup-
plementũ nouũ a veteri: ⁊ maior scissura fit. Et nemo mittit vinũ nouũ in
utres veteres: alioquin dirumpet vi-
num utres: ⁊ vinũ effundetur: et utres
peribũt. Sed vinũ nouũ in utres no-
uos mittendũ est. Et factũ ẽ iterꝝ cũ sab-
batis ambularet ꝑ sata: et discipuli eiꝰ
ceperũt progredi et vellere spicas. Pha-
risei aũt dicebãt ei. Ecce quid faciunt
discipuli tui sabbatis: q̃d nõ licet. Et
ait illis. Numq̃ legistis q̃d fecerit da-
uid quãdo necessitatẽ habuit ⁊ esuriẽt

ipse ⁊ qui cū eo erāt: quomō introiuit
i domū dei sub abiathar principe sa-
cerdotū et panes propositionis māducā-
uit q̄s nō licebat māducare nisi solis
sacerdotibus et dedit eis et q̄ cū eo erāt?
Et dicebat eis. Sabbatū ꝓter hominē
factū ē: et nō homo ꝓter sabbatū. Itaq̄
dñs ē filius hois etiā sabbati. III

Et introiuit iterū in sinagogam:
et erat ibi homo habens manū
aridā. Et observabāt eū si sabbatis
curaret: ut accusarent illū. Et ait homi-
ni habenti manū aridā. Surge in me-
dium. Et dicit eis. Licet sabbatis bene
facere an male: animā saluam facere
an perdere? At illi tacebāt. Et circūspi-
ciens illos cum ira: contristatus super
cecitatem cordis eorū dicit homini. Et
extende manū tuā. Et extendit: et restituta
est manus illi. Exeuntes autē pha-
risei statim cum herodianis consiliū
faciebāt adversus eum: quomō eum
perderent. Jhesus autē cum discipulis
suis secessit ad mare: et multa turba
a galilea et iudea secuta est eum: a ab
iherosolimis ⁊ ab idumea ⁊ trāsiordanen
et qui circa tyrum et sidonem
multitudo magna audientes quē fa-
ciebat venerūt ad eum. Et dixit illi ꝯ
discipulis suis: ut in navicula sibi de-
seruiret ꝓter turbā ne comprimerent
eum. Multos enim sanabat: ita ut ir-
ruerent in eum ut illū tangerent quot-
quot habebāt plagas. Et spiritus im-
mundi cum illū videbant prostebant
ei: et clamabāt dicentes. Tu es filius
dei. Et increpiebat eos ne eum
manifestarent illum. Et ascendens in
mōtē vocauit ad se quos voluit ipse:
et venerūt ad eum. Et fecit ut essent du-
odecim cum illo: ⁊ ut mitteret eos pre-
dicare. Et dedit illis potestatē curādi
infirmitates: et eiciendi demonia. Et
imposuit simoni nomen petrus. Et
iacobū zebedei et iohānem fratrem ia-
cobi: ⁊ imposuit eis nomina boanerges
q̄d est filius tonitrui. Et andreā
et philippū ⁊ bartholomeū ⁊ matheū:
et thomam et iacobū alphei ⁊ thadeū
et simonē chananeū: ⁊ iudam scariothē
qui tradidit illū. Et venīt ad domū.
Et cōuenit iterū turba: ita ut non pos-
sent neq̄ panem māducare. Et cū au-
dissent sui: exierūt tenere eum. Dicebāt
enim: quoniā in furorem versus ē. Et
scribe qui ab iherosolimis descenderāt
dicebāt quoniā beelzebub habet: et q̄a
i principe dyaboli eiicit demonia. Et
convocans eos: in parabolis dicebat
illis. Quomō potest sathanas sathanam
eiicere? Et si regnū in se dividat:
non potest regnū illud stare. Et si do-
mus super semetipsam dispertiatur: nō
potest domus illa stare. Et si sathana
s cōsurgerit in semetipsum dispertitus
est: ⁊ non potest stare sed finem habet.
Nemo potest vasa fortis ingressus in
domū diripere nisi prius fortem alli-
get: et tunc domū eius diripiet. Amē
dico vobis: quoniā omnia dimitten-
tur filijs hominū peccata et blasphe-
mie quibus blasphemaverīt. Qui au-
tem blasphemaverit in spiritū sanctū
non habebit remissionē in eternū: sed
reus erit eterni delicti: quē dicebāt spiri-
tum immundum habet. Et venīt ma-
ter eius et fratres: et foris stāres miserūt
ad eū vocantes eū. Et sedebat circa eū
turba: et dicunt ei. Ecce mater tua ⁊ fra-
tres tui foris querūt te. Et respondens
eis ait. Quē est mater mea et fratres
mei? Et circūspiciēs eos qui i circuitu
eius sedebant ait. Ecce mater mea et fra-
tres mei. Nam qui fecerit voluntatē dei: hic

frater meus ⁊ soror mea ⁊ mater ē. IIII

Et iterū cepit docere ad mare: et
congregata est ad eū turba mul-
ta ita ut in navim ascendens sederet i
mari: ⁊ omnis turba circa mare super
terā erant: et docebat eos in parabo-
lis multa: ⁊ dicebat illis i doctrina sua.
Audite. Ecce exijt seminās ad semināi-
dum. Et dum seminat: aliud cecidit
circa viam ⁊ venerunt volucres celi et
comederūt illud. Aliud vero cecidit su-
per petrosa ubi non habuit terā multa-
m: ⁊ statim exortū est quoniā nō ha-
bebat altitudinem terre: ⁊ quādo exor-
tus ē sol exestuavit et eo q̄ nō habebat
radicē exaruit. Et aliud cecidit in spi-
nas: et ascenderunt spine et suffocaue-
runt illud: ⁊ fructū nō dedit. Et aliud
cecidit in terā bonā et dabat fructum
ascendentem ⁊ crescentem: et afferebat
unum trigintā ⁊ unum sexagintā: et
unū centū. Et dicebat. Qui habet aures
audiendi audiat. Et cū esset singula-
ris interrogaverūt eū hij q̄ cū eo erant
quodē parabolā. Et dixit eis. Vo-
bis datū est nosse mistērium regni dei:
illis autē qui foris sunt in parabolis
omnia fiunt: ut videntes videant et
non videant: ⁊ audientes audiāt ⁊ nō
intelligāt: ne quādo cōvertantur ⁊ di-
mittant eis peccata. Et ait illis. Scīri-
tis parabolā hanc? Et quomō omnes
parabolas cognoscetis? Qui seminat
verbū seminat. Hij autē sunt qui circa
viā ubi seminatur verbū: et cū audie-
rint cōtestim venit sathanas et auferet
q̄d seminatū est i corde eorū. Et hij sunt
similiter qui supra petrā seminātur: q̄
cum audierit verbū statim cū gaudio
accipiūt illud et non habent radicem
in se sed temporales sunt: deinde cōta
tribulatione ⁊ persecutione ꝓter verbū
cōtestim scandalizantur. Et alij sunt q̄
in spinis seminātur. Hij sunt q̄ verbū
audiūt: et erumpne seculi ⁊ decepcio diui-
tiarū et circa reliqua cōcupiscentie intro-
euntes suffocāt verbū: ⁊ sine fructu effi-
citur. Et hij sunt qui sup terā bonā se-
minati sunt: qui audiūt verbū ⁊ suscī-
piūt: ⁊ fructificāt unū trigintā ⁊ unum
sexagintā ⁊ unū centū. Et dicebat illis.
Siquid venit lucerna ut sub modio
ponatur aut sub lectos? Nōne ut super
candelabrū ponatur? Non est enim ali-
quid absconditū q̄d non manifestet:
nec factū est occultū q̄d non veniat in
palā. Si quis habet aures audiendi
audiat. Et dicebat illis. Videte quid
audiatis. In qua mensura metiū fue-
rītis remetietur vobis. Nam cui habet
dabitur illi: et qui non habet: etiā q̄d
habet auferetur ab eo. Et dicebat. Sic
est regnum dei: quēadmodū si homo
iaceat seminē in terā ⁊ dormiat: et re-
surgat nocte ⁊ die et semen germinet ⁊
increscat dum nesciat ille. Ultro enim
terra fructificat: primū herbā deinde
spicā: deinde plenū frumentū in spica.
Et cum se produxerit fructū statim mit-
tit falcem: quoniā adest messis. Et di-
cebat. Cui assimilabimus regnū dei:
aut cui parabole cōparabimus illud?
Sicut granū sinapis q̄d cū seminatū
fuerit in terra minus est omnibus se-
minibus que sunt in terra: et cum natū
fuerit ascendit in arborē: et fit maius
omnibus oleribus: et facit ramos ma-
gnos ita ut possint sub umbra eius a-
ues celi habitare. Et talibus multis pa-
rabolis loquebatur eis verbū put po-
terāt audire: sine parabola autē non lo-
quebatur eis. Seorsum autē discipulis
disserebat omnia. Et ait illis in illa
die cum sero esset factū. Transeamus

rõtra. Et dimittentes turbã assumũt
eum ita ut erat in naui: et alie naues
erant cum illo. Et facta est procella
magna venti: et fluctus mittebat i nauim:
ita ut impleretur nauis. Et erat ipse
in puppi super cercical dormiens: et ex-
citant eum et dicũt illi. Magister: nõ
ad te pertinet quia perimus? Et exsur-
gens comminatus est ventõ: z dixit ma-
ri. Tace: obmutesce. Et cessauit ventus:
et facta est tranquillitas magna. Et
ait illis. Quid timidi estis? Nondũ ha-
betis fidẽ. Et timuerũt timore magno:
et dicebãt ad alterũ. Quis putas est
iste: qꝛ ventus et mare obediũt ei. VI

Et venerũt trans freti maris i re-
gionẽ gerasenorũ. Et exeunti ei de
naui statim occurrit de monumẽtis ho-
mo in spiritu immũdo: qui domicilũ
habebat in monumentis. Et neq; ca-
thenis iam quisq; poterat eum ligare:
quoniã sepe compedibus z cathenis
vinctus: dirupisset cathenas z cõpedes
cõminuisset: et nemo poterat eũ domã-
re. Et semp die ac nocte in monumen-
tis et in montibꝫ erat clamãs: et con-
debens se lapidibus. Videns aũt ihe-
sum a longe cucurrit z adorauit eum:
et clamans voce magna dixit. Quid
michi et tibi ihesu fili dei altissimi? Ad-
iuro te p deũ ne me torqueas. Dicebat
enim illi. Exi spiritus immũde ab ho-
mine isto. Et interrogabat eũ. Quod
tibi nomẽ est? Et dixit ei. Legio michi
nomẽ est: quia multi sumꝰ. Et deprã-
batur eum multũ: ne se expelleret extra
regionẽ. Erat aũt ibi circa montẽ grex
porcorꝫ magnus pascens in agrꝭ: et
deprãbant eum spiritus dicẽtes. Mitte
nos i porcos: ut i eos introeamꝰ. Et con-
cessit eis statim ihesus. Et egressi spiri-
tus immũdi intrauerũt i porcos: z magno
impetu grex precipitatus est in mari ad
duo milia: et suffocati sunt in mari.
Qui aũt pascebãt eos fugerũt: et nun-
ciauerũt in ciuitatem z in agros. Et e-
gressi sunt videre quid esset factũ: z ueni-
runt ad ihesum: et videnꝫ illũ qui a de-
monio vexabatur sedentem vestitum
et sane mentem: et timuerũt. Et narra-
uerũt illis qui viderãt qualiter factum
esset ei qui demonũ habuerat: z de pe-
ris. Et rogare ceperũt eum: ut discede-
ret de finibus eorꝫ. Cumq; ascendisset
nauim: cepit illũ deprecari qui a demo-
nio vexatus fuerat ut esset cum illo et
non admisit eum: sed ait illi. Vade in
domũ tuam ad tuos: z annuncia illis
quãta tibi dñs fecerit: et misereꝰ sit
tui. Et abiit z cepit predicare in decapo-
quãta sibi fecisset ihesus: z omnes mi-
rabãtur. Et cum ascendisset ihesus in
nauim rursum trans freti venerũt
turba multa ad eum: z erat circa ma-
re. Et venit quidã de archisinagogis
nomine iayrus: z videns eum cecidit
ad pedes eius: z deprãbatur eũ multũ
dicens: quoniã filia mea in extremis ẽ.
Veni impone manũ suã super eam: ut
salua sit z viuat. Et abiit cũ illo: et se-
quebatur eum turba multa: z cõprime-
bant eũ. Et mulier q̃ erat in pãnuio
sanguinis annis duodecim z fuerat
multa passa a cõpluribus medicis:
et erogauerat omnia sua: nec quicq;
profecerat: sed magis deterius habebat.
Cum audisset de ihesu venit in turba
retro: z tetigit vestimentũ eꝰ. Dicebat
enim: quia si uel vestimentũ eius tetige-
ro salua ero. Et continuo siccatus
ẽ fons sanguinis eꝰ: et sensit corpore
qꝛ sanata esset a plaga. Et statim ihe-
sus in semetipso cognoscens virtutẽ
que egressa ẽ de illo: conuersus ad turbã

aiebat. Quis tetigit vestimenta mea?
Et dicebant ei discipuli sui. Videꝭ tur-
bam comprimentem te: et dicis quis
me tetigit? Et circũspiciebat videre eã
que hꝰ fecerat. Mulier vero timens et
tremens sciens qd factũ esset in se: venit
et prostrata ante eum et dixit ei omnem
veritatem. Ille aũt dixit ei. Filia fides
tua te saluã fecit: vade in pace: et esto
sana a plaga tua. Adhuc eo loquente
venerũt nũcij ad archisinagogũ dicen-
tes: qꝛ filia tua mortua ẽ. Quid ulteꝛ
vexas magistrũ? Ihesus aũt audito
verbo qd dicebatur: ait archisinagogo.
Noli timere: tantũmodo crede. Et
non admisit quemq; se sequi: nisi pe-
trum et iacobũ et iohannem fratrem
iacobi. Et venerũt in domũ archisina-
gogi. Et vidit tumultũ z flentes et ei-
lantes multum: et ingressus ait illis.
Quid tumultuamini et ploratis? Puella
nõ ẽ mortua sed dormit. Et irridebãt
eum. Ipse vero eiectis omnibꝫ assumit
patrẽ z matrem puelle: et qui secũ erãt:
et ingreditur vbi puella erat iacens:
et tenens manũ puelle ait illi. Thabi-
tha cumi: qd est interpretatũ puella tibi
dico surge. Et cõfestim surrexit puella:
et ambulabat. Erat aũt annoꝭ duodecim.
Et obstupuerũt stupore magno. Et
ꝑcepit illis vehementer: ut nemo id sci-
ret: et dixit dare illi manducare. VII

Et egressus inde abiit in patriã
suã: z sequebantur eum discipuli
sui. Et facto sabbato cepit i synagoga
docere: et multi audientes admirabant
in doctrina eius dicentes. Vnde huic
hec omnia? Et que est sapientia q̃ da-
ta est illi: et virtutes tales q̃ per manꝰ
eius efficũtur? Nõne hic est faber filius
marie: frater iacobi et ioseph et iu-
de et simonis? Nõne et sorores eius
hic nobiscũ sunt? Et scandelizabãtur
i illo. Et dicebat illis ihesus: qꝛ nõ est
propheta sine honore nisi i patria sua
et i domo sua et i cognatione sua. Et
nõ poterat ibi virtutem vllã facere nisi
paucis infirmis impositis manibꝫ
curauit: z mirabatur propter incredulita-
tem eorꝫ: et circuibat castella in circuitu
docens. Et vocauit duodecim: et cepit
eos mittere binos: z dabat illis potesta-
tem spirituũ immũdorꝫ. Et ꝑcepit eis
ne quid tollerent in via nisi virgã tan-
tum: nõ pera nõ panem neq; in zona
es sed calciatos sandaliis: et ne indue-
rentur duabꝫ tunicis. Et dicebat eis.
Quocumq; introieritis in domũ illic
manete donec exeatis inde: z quicumq;
nõ receperint vos nec audierint vos:
exeuntes inde excutite pulueꝛẽ de pedi-
bus vestris in testimonium illis. Et ex-
euntes ꝑdicabãt ut penitentiã agerẽt:
et demonia multa eiciebãt: z ungebãt
oleo multos egros z sanabant. Et au-
diuit rex herodes: manifestũ enim factũ ẽ
nomẽ eius: z dicebat. Quia iohãnes
baptista resurrexit a mortuis: et ꝓpte-
ea virtutes operantur in illo. Alij aũt
dicebãt quia helias est: alij vero dice-
bant quia ꝓpheta est quasi unꝰ de pro-
phetis. Quo audito herodes ait. Quẽ
ego decollaui iohannẽ hic a mortuis
resurrexit. Ipse enim herodes misit ac
tenuit iohãnem et vinxit eum in carce-
rem ꝓter herodiadẽ vxorẽ philippi fra-
tris sui: quia duxerat eam. Dicebat enim
iohãnes herodi. Non licet tibi habere
vxorem fratris tui. Herodias autem
insidiabat illi: et volebat occidere eum
nec poterat. Herodes aũt metuebat io-
hannẽ sciens eum virũ iustũ z sanctũ
et custodiebat eũ: z audito eo multa fa-
ciebat: et libenter eũ audiebat. Et cum

dies natalis sui cenā fecit principibus & tribunis
et primis galilee. Cumq; intrasset filia
ipsius herodiadis & saltasset & placuisset
herodi simulq; recumbentibus: rex
ait puelle. Pete a me quod vis: et dabo
tibi. Et iurauit illi: quia quicquid peteris
dabo tibi: licet dimidium regni
mei. Que cum exisset: dixit matri sue.
Quid petam? At illa dixit. Caput iohannis
baptiste. Cumq; intrasset statim
cum festinatione ad regem: petiuit dicens. Volo: ut protinus des michi in
disco caput iohannis baptiste. Et contristatus est rex. Propter iusurandum
et propter simul discumbentes noluit eam
contristare: sed misso spiculatore precepit afferri caput eius in disco: et decollauit eum in carcere. Et attulit caput
eius in disco: & dedit illud puelle: & puella
dedit matri sue. Quo audito discipuli
eius venerunt et tulerunt corpus eius: et
posuerunt illud in monumento. Et conuenientes apostoli ad iesum: renuntiauerunt ei omnia que egerant et docuerant. Et ait illis. Venite seorsum in deserti loco: et requiescite paululum. Erant
enim qui veniebant & redibant multi:
et nec spatium manducandi habebant. Et
ascendentes in nauim abierunt in deserto loco seorsum. Et viderunt eos abeuntes: et cognouerunt multi: et pedestres
de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc & preuenerunt eos. Et exiens vidit turbam multam iesus: & misertus est super
eos quia erant sicut oues non habentes
pastorem: et cepit illos docere multa.
Et cum iam hora multa esset: accesserunt
discipuli eius dicentes. Desertus locus
est hic: et iam hora pansta. Dimitte illos: ut euntes in proximas villas et uicos emant sibi cibos quos manducet.
Et respondens ait illis. Date illis manducare. Et dixerunt ei. Euntes emamus
denarios denarijs panes: et dabimus
illis manducare. Et dicit eis. Quot
panes habetis? Ite & videte. Et cum cognouissent dicit. Quinq; Et duos
pisces. Et precepit illis ut accubitus faceret omnes secum conuentia super uiride
fenum. Et discumbuerunt in parte: per
centenos et quinquagenos. Et accepit
quinq; panibus et duobus piscibus: intuens in celum benedixit et fregit panes
& dedit discipulis suis ut ponerent ante
eos: & duos pisces diuisit omnibus.
Et manducauerunt omnes: et saturati
sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos: & de
piscibus. Erant autem qui manducauerunt quinq; milia virorum. Et statim
coegit discipulos suos ascendere na-
uim ut precederent eum trans fretum ad
bethsaydam: dum ipse dimitteret plu.
Et cum dimisisset eos: abiit in montem
orare. Et cum esset erat nauis in
medio mari: et ipse solus in terra. Et
videns eos laborantes in remigando:
erat enim ventus contrarius eis: & circa
quartam vigiliam noctis venit ad eos
ambulans supra mare: et volebat pertransire eos. At illi ut viderunt eum ambulantem supra mare putauerunt fantasma esse: et exclamauerunt. Omnes enim
viderunt eum: & conturbati sunt. Et
statim locutus est cum eis: et dixit eis.
Confidite. Ego sum: nolite timere. Et
ascendit ad illos in nauim: & cessauit
ventus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerunt de panibus. Erat enim cor eorum obtenebratum. Et
cum transfretassent venerunt in terram
genesareth: & applicuerunt. Cumq; egressi
essent de naui continuo cognouerunt

eum: & peruagantes uniuersam regionem il-
lam coperunt & grabatis eos qui se ma-
le habebant circumferre ubi audiebant eum es-
se. Et quocumq; introibat in uicos uel
in uillas aut ciuitates: in platis po-
nebant infirmos: & deprecabant eum ut
uel fimbriam vestimenti eius tangerent:
et quicq; tangebant eum salui fiebant. CVI
Et conueniunt ad eum pharisei et
quidam de scribis: uenientes ab
ierosolimis. Et cum uidissent quosdam
de discipulis eius communibus manibus
id est non lotis manducare panes:
vituperauerunt. Pharisei enim & omnes
iudei nisi crebro laauerint manus non
manducant tenentes traditionem seniorum: et a foro nisi baptizentur non comedunt: et alia multa sunt que tradita
sunt illis seruare: baptismata calicum
et urceorum et cramenorum & lectorum. Et
interrogabant eum pharisei et scribe.
Quare discipuli tui non ambulant iuxta
traditionem seniorum: sed communibus
manibus manducant panes? At ille
respondens dixit eis. Bene prophetauit
ysaias de vobis ypocritis: sicut scriptum
est. Populus hic labijs me honorat:
cor autem eorum longe est a me. Inuanum
autem me colunt docentes doctrinas et
precepta hominum. Relinquentes enim
mandatum dei tenetis traditiones ho-
minum: baptismata urceorum et calicum et si-
milia hujus facitis multa. Et dicebat.
Bene irritum facitis preceptum dei: ut tradi-
tionem vestram seruetis. Moyses enim di-
xit. Honora patrem tuum et matrem tuam:
et qui maledixerit patri uel matri mor-
te moriatur. Vos autem dicitis. Si dixerit
homo patri aut matri corban quod est
donum quodcumq; ex me tibi profuerit: et ul-
tra non dimittitis eum quicq; facere patri
suo aut matri: rescindentes verbum dei
per traditionem vestram quam tradidistis.
Et multa similia huiusmodi facitis. Et adu-
cans iterum turbam dicebat illis. Audite
me omnes & intelligite. Nichil est extra
hominem introiens in eum quod possit e-
um coinquinare: sed que de homine
procedunt illa sunt quae communicant homi-
nem. Si quis habet aures audiendi
audiat. Et cum intrasset in domum a
turba: interrogabant eum discipuli eius
parabolam. Et ait illis. Sic et vos im-
prudentes estis? Non intelligitis quia
omne extrinsecus introiens in hominem
non potest eum communicare quia non
intrat in cor eius: sed in ventrem uadit
et in secessum exit purgans omnes escas?
Dicebat autem: quoniam illa que de homi-
ne exeunt illa communicant hominem.
Abintus enim de corde hominum ma-
le cogitationes procedunt: adulteria-for-
nicationes-homicidia-furta-auaricie-
nequitie-dolus-impudicitie-oculus
malus: blasphemia-superbia-stultitia.
Omnia hec mala abintus procedunt et
communicant homine. Et inde surgens
abiit in fines tyri & sydonis: et ingressus
domum neminem voluit scire: & non potu-
it latere. Mulier enim statim ut audi-
uit de eo cuius filia habebat spiritum im-
mundum intrauit: et cecidit ad pedes e-
ius. Erat enim mulier gentilis: hyrophe-
nissa genere. Et rogabat eum ut de-
monium eiceret de filia eius. Qui dixit
illi. Sine prius saturari filios. Non
est enim bonum sumere panem filiorum: et
mittere canibus. At illa respondit: et
dixit illi. Etiam domine. Sed & catelli come-
dunt sub mensa de micis puerorum. Et
ait illi. Propter hunc sermonem vade:
exiit demonium de filia tua. Et cum
abisset domum inuenit puellam iacen-
tem supra lectum: et demonium exisse.

Et iterū exiens de finibus tyri venit per sydonem ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei surdum et mutū. Et deprecabantur eū ut imponat illi manū. Et apprehendēs eū de turba seorsū misit digitos suos i auriculas eius: et expuēs tetigit linguā eius: et suspiciens in celū ingemuit: et ait illi. Effeta: qd est adaperere. Et statim aperte sunt aures eius: et solutū est vinculū linguē eius: et loquebatur recte. Et precepit illis ne cui dicerent. Quātō aūt eis precipebat tāto magis plus pdicabāt: et eo amplius admirabātur dicētes. Bene omia fecit: et surdos fecit audire: et mutos loqui. VIII

In diebus illis iterū cū turba multa esset nec haberent qd mādducarent: cōuocans discipulos ait illis. Misereor super turbā: quia ecce iam triduo sustinent me nec habēt qd mādducēt: et si dimisero eos ieiunos in domū suā deficient in via. Quidā enim ex eis de longe venerūt. Et respondēt ei discipuli sui. Unde illos poterit quis hic saturare panibus i solitudine? Et interrogavit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septem. Et precepit turbe discumbere super terrā. Et accipiens septem panes gratias agens fregit: et dabat discipulis suis ut apponerent: et apposuerunt turbe. Et habebāt piciculos paucos: et ipos benedixit: et iussit apponi. Et mādducauerunt et saturati sunt: et sustulerūt qd superauerat de fragmentis septem sportas. Erant autem qui manducauerāt fere quatuor milia: et dimisit eos. Et statim ascendens navi cū discipulis suis: venit in partes dalmanutha. Et exierunt pharisei et ceperūt cōquirere cū eo: querentes ab illo signum de celo: tentantes eum. Et ingemiscēs spiritu ait. Quid generatio ista signū querit? Amē dico vobis: si dabitur generationi istī signū. Et dimittens eos ascendit iterū navi: et abiit trans freti. Et oblitī sunt panem sumere: et nisi unū panē non habebāt secū i navi. Et precipiebat eis dicēs. Videte et cauete a fermento pharisaeorum: et fermento herodis. Et cogitabant ad alterutrū dicentes: quia panes non habemus. Quo cognito: ait illis ihesus. Quid cogitatis quia panes non habetis? Nondum cognoscitis nec intelligitis? Adhuc cecam habetis cor vestrū. Oculos habentes nō videtis: et aures habētes non audītis. Nec recordamini quādo quinq; panes fregi i quinq; milia: et qt cophinos fragmentorū plenos sustulistis? Dicunt ei. Duodecim. Quādo et septem panes in quatuor milia: qt sportas fragmentorū sustulistis? Et dicunt ei. Septem. Et dicebat eis. Quomodo nondū intelligitis? Et venerūt bethsaydā: et adducūt ei cecū: et rogabāt eum ut illū tangeret. Et apprehensa manu cecī eduxit eum extra vicū: et expuens in oculos eius impositis manibus suis: interrogavit eum si quid videret. Et aspiciens ait. Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterū imposuit manus suas super oculos eius: et cepit videre: et restitutus est: ita ut clare videret omnia. Et misit illū i domū suā dicens. Vade in domū tuā: et si vicū introieris nemini dixeris. Et ingressus est ihesus et discipuli eius castella cesaree philippi: et i via interrogabat discipulos suos dicens eis. Quem me dicūt esse homines? Qui respondentes illi dicentes. Iohannē baptistā: alij helyam: alij vero unus de prophetis. Tunc dicit illis. Vos vero

quem me esse dicitis? Respondens petrus ait ei. Tu es cristus. Et cōminatus est eis: ne cui dicerent de illo. Et cepit docere eos quoniā oportet filiū hoīs pati multa: et reprobari a senioribus: et a summis sacerdotibus et scribis: et occidi: post tres dies resurgere. Et palā verbū loquebatur. Et apprehendēs eū petrus: cepit increpare eū. Qui cōuersus: videns discipulos suos: comminatus est petro dicens. Vade retro me sathana: quoniā nō sapis que dei sūt sed que sunt hominum. Et cōuocata turba cum discipulis suis: dixit eis. Si quis vult me sequi deneget semetipm: et tollat crucem suā: et sequat me. Qui enim voluerit animā suā saluā facere perdet eam: qui aūt perdiderit animam suā propter me et euangeliū: saluā faciet eā. Quid enim prodest homini si lucretur mundū totū: et detrimentū anime sue faciat? Aut quid homo cōmutationis dabit pro anima sua. Qui enim me confusus fuerit et verba mea i generatione ista adultera et peccatrice: et filius hoīs confundet eū cū venerit in gloria patris sui cū ageis sādis. IX

Et dicebat illis. Amen dico vobis: quia sunt quidā de hic stantibus qui nō gustabūt mortē: donec videāt regnū dei venīens i virtute. Et post dies sex assumpsit ihesus petrū: et iacobū et iohannē: et ducit illos in montem excelsum solos: et transfiguratus est ante ipos. Et vestimenta eius facta sūt splendētia: et candida nimis velut nix: qualia fullo non potest super terrā candida facere. Et apparuit illis helyas cum moyse: et erāt loquentes cū ihesu. Et respōdens petrus ait ihesu. Rabbi bonū est nos hic esse: et faciamus tria tabernacula: tibi unū: et moysi unū: et helye unū. Non enim sciebat qd diceret. Erant enim timore territi. Et facta est nubes obumbrās eos: et venit vox de nube dicens. Hic est filius meus carissimus: audite illū. Et statim circumspicientes: neminē amplius videbāt nisi ihesum tantū secū. Et descendentibus illis de monte precipit illis ne cuiquā qd vidissent narrarent: nisi cū filius hominis a mortuis resurrexerit. Et verbum continuerūt apud se: conquirentes quid esset cum a mortuis resurrexerit. Et interrogabāt eū dicentes. Quid ergo dicūt pharisei et scribe qa helyam oportet venire primum? Qui respondens ait illis. Helyas cū venerit primo restituet omia: et quomō scriptum est in filiū hoīs: ut multa patiatur: et contemnat. Sed dico vobis: qa et helyas venit: et fecerūt illi quecunq; voluerūt sicut scriptum est de eo. Et veniens ad discipulos suos vidit turbā magnā circa eos: et scribas cōquirentes cū illis. Et confestim omis ppls videns ipsum stupefact est et exp auerūt: accurrentes salutabant eum. Et interrogavit eos. Quid inter vos cōquirritis? Et respondens unus de turba dixit. Magister attuli filiū meū ad te habentem spiritum mutū: qui ubicunq; eū apprehendit allidit illū: et spumat et stridet dentibus et arescit. Et dixi discipulis tuis ut eicerent illū: et non potuerūt. Qui respondens eis dixit. O generatio incredula: qm diu apud vos ero? Quā diu vos patiar? Afferte illū ad me. Et tulerunt eum. Et cū vidisset eū statim spiritus conturbavit illū: et elisus in terram voluebatur spumās. Et interrogavit patrē eius. Quantū temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequēter eū in igne et in

aquā miſit: ut cū pderet. Sed ſi quid
potes: adiuua nos: miſereus nri. Ihe-
ſus aūt ait illi. Si potes credere omnia
poſſibilia credenti. Et continuo excla-
mans pater pueri cū lacrimis aiebat.
Credo dne: adiuua incredulitatē mēā.
Et cū vidiſſet ihesus cōcurrentem cur-
bam: cōminatus eſt ſpiritui immundo
dicens illi. Surde et mute ſpirit⁹ ego
p̄cipio tibi exi ab eo: et amplius ne in-
tres in eum. Et exclamāſ et multū
diſcerpens eum exijt ab eo: et factus eſt
ſicut mortuus: ita ut multi dicerē ꝗa
mortuus eſt. Ihesus aūt tenēs manū
eius eleuauit eum: et ſurrexit. Et cū in-
troiſſet in domū: diſcipuli eius ſecreto
interrogabāt eū. Quare nos nō potu-
imus eicere eū? Et dixit illis. Hoc gen⁹ ī
nullo potest exire: niſi in oratione et
ieiunio. Et inde p̄fecti pregrediebantur
galileā: nec volebat quemq; ſcire. Do-
cebat aūt diſcipulos ſuos: et dicebat
illis quomā filius hominis tradetur
in manus hominū: et occident eum:
et occiſus tertia die reſurget. Et illi ī
gnorabāt verbū: ⁊ timebāt interroga-
re eū. Et venerūt capharnaū. Cū eum
domi eſſent interrogabat eos. Quid ī
via tractabatis? At illi tacebant. Si-
quidem in via inter ſe diſputauerāt:
quis eorū maior eſſet. Et reſidens vo-
cauit duodecim: et ait illis. Si quis vult
primus eſſe: erit omnium nouiſſimus ⁊
omnium miniſter. Et accipiens puerū
ſtatuit eū in medio eorū: quē cū cōple-
xus eſſet ait illis. Quiſquis vnū ex hu-
iusmodi pueris receperit ī nomine me-
o me recipit: et quicūq; me ſuſceperit
nō me ſuſcipit: ſed eū qui me miſit. Re-
ſpondit illi ioh̄ānes dicēs. M̄agiſter
vidimus quēdam in nomine tuo eiciē-
tem dēmonia qui non ſequitur nos:
et prohibuimus eū. Ihesus aūt ait noli-
te prohibere eū. Nemo eſt enim q̄ faciat
virtutem in nomine meo: ⁊ poſſit cito
male loqui de me. Qui enim non eſt
aduerſum vos: p vobis ē. Quiſquis
enim potū dederit vobis calicē aque
in nomine meo quia cristi eſtis: amē
dico vobis non perdet mercedem ſuam.
Et quiſquis ſcāndalizauerit vnum ex
hijs puſillis credentibus in me: bonū
eſt ei magis ſi circūdaretur mola a-
ſinaria collo eius et in mare mitte-
tur. Et ſi ſcāndalizauerit te manus tua:
abſcide illā. Bonū eſt tibi debilē intro-
ire in vitā: q̄ duas manus habentes
ire in gehennā in ignē inextinguibilē:
vbi vermis eorū nō moritur: et ignis
nō extinguitur. Et ſi pes tuus te ſcan-
dalizat: apūta illū. Bonū eſt tibi clau-
dum introire in vitā eternā: q̄ duos
pedes habentē mitti in gehennā ignis
inextinguibilis: vbi vermis eorū non
moritur: et ignis nō extinguit. Quod
ſi oculus tuus ſcāndalizat te: eice eum.
Bonū eſt tibi luſcū introire in regnū
dei: q̄ duos oculos habentem mitti in
gehennā ignis: vbi vermis eorū non
moritur: et ignis nō extinguit. Omnis
enim igne ſalietur: ⁊ omnis victima ſale
ſalietur. Bonū ē ſal. Od ſi ſal inſuſū
fuerit q̄ quo illud cōdietis? Habete in
vobis ſal: ⁊ pace habete inter vos.

Et inde egſurgens venit in fines
iudee vltra iordanen: et cōuenit
iterū turba ad eū: et ſicut cōſueuerat it-
rum docebat illos. Et accedentes pha-
riſei interrogabāt eū ſi licet viro vxorē
dimittere: tentantes eū. At ille reſpō-
dens dixit eis. Quid vobis p̄cepit mo-
yſes? Qui dixerunt. M̄oyſes p̄miſit li-
bellū repudij ſcribere et dimittere. Qui
bus reſpōdens ihesus ait. Ad duritiā
cordis vestri ſcriplit vobis preceptum
illud. At ab initio aūt creature maſculū
et feminā fecit eos deus. Propter hoc
relinquet homo patrem ſuum et ma-
trem: et adherebit ad vxorē ſuā: et erit
duo in carne vna. Itaq; iam nō ſunt
duo: ſed vna caro. Quod ergo deus
coniūxit: homo non ſeparet. Et in do-
mo iterū diſcipuli eius de eodē interro-
gauerūt eum. Et ait illis. Quicūq;
dimiſerit vxorem ſuā: et aliā duxerit:
adulterū cōmittit ſup eam. Et ſi vxor
dimiſerit virū ſuū et alij nupſerit: mo-
chatur. Et offerebāt illi parvulos ut
tangeret illos: diſcipuli aūt cōminā-
bantur offerentibus. Quos cū videret
ihesus: indignē tulit. Et ait illis. Si-
ſinite parvulos venire ad me: ⁊ ne p̄hi-
beritis eos. Talium eſt enim regnū dei.
Amen dico vobis: quiſquis nō recepe-
rit regnū dei velut parvulus nō in-
trabit ī illud. Et complexās eos et im-
ponens manus ſup illos: benedicebat
eos. Et cum ingeſſus eſſet ī via: pro-
currens quidā genu flexo ante eū: roga-
bat eū dicens. M̄agiſter bone: quid
faciā ut vitam eternā poſſideam? Ihesus
ait dixit ei. Quid me dicis bonū? Nemo
bonus: niſi vnus deus. Precepta
noſti: ne adulteres: ne occidas: ne fu-
reris: ne falſū teſtimonium dicaris: ne
fraudē feceris: honora patrem tuū et
matrē. At ille reſpondēs ait illi. M̄a-
giſter hec omnia obſeruaui a iuuentu-
te mea. Ihesus aūt intuitus eū: dilexit
eū: ⁊ dixit ei. Vnū tibi deest. Vade: que-
cunq; habes vende et da pauperibus
et habebis thesaurū ī celo: ⁊ veni ſequē-
re me. Qui cōtriſtatus in verbo: abiit
merens. Erat enim habens multas poſ-
ſeſſiones. Et circūſpiciēs ihesus: ait di-
ſcipulis ſuis. Quā difficile q̄ pecunias
habent ī regnū dei introibūt. Diſcipuli
autem obſtupeſcebāt in verbis eius. At
ihesus rurſus reſpōdens ait illis. Fili-
oli: q̄ difficile eſt confidentes in pecu-
nijs in regnū dei introire. Facilius eſt
camelū p foramē acus tranſire: q̄ di-
uitem intrare in regnum dei. Qui ma-
gis admirabant dicēs ad ſemetipſos.
Et quis poſſet ſaluus fieri? Et intuēs
ihesus illos ait illis. Apud homines im-
poſſibile eſt: ſed nō apud deū. Omnia
enim poſſibilia ſunt apud deū. Et cepit
ei petrus dicere. Ecce nos dimiſimus
omnia: et ſecuti ſumus te. Reſpōdens
ihesus ait. Amen dico vobis: nemo
eſt q̄ reliquerit domū aut fratres aut
ſorores aut patrem aut matrem aut fi-
lios aut agros ꝓter me et ꝓter euan-
gelium qui nō accipiat centies tantum
nūc in tempore hoc: domos et fratres
et ſorores et matres et filios et agros
cū perſecutionibus: ⁊ ī ſeculo futuro vitā eter-
nam. Multi aūt erūt primi nouiſſimi:
⁊ nouiſſimi primi. Erat aūt ī via aſce-
dentes ierooſolimā: et precedebat illos
ihesus. Et ſtupēbāt: et ſequentes timē-
bant. Et aſſumens iterū duodecim: ce-
pit illis dicere q̄ eſſent ei vētura. Quia
ecce aſcendimus ierooſolimā: et filius
hominis tradetur principibus ſacerdo-
tum ⁊ ſcribis ⁊ ſenioribus: et damna-
bunt eum morte. Et tradent eū gēti-
bus ⁊ illudent ei: ⁊ conſpuent eū et fla-
gellabunt eū: et interficient eū: et tertia
die reſurget. Et accedunt ad eū iacobus
et iohannes filij zebedei dicēs. M̄a-
giſter: volumus ut q̄cūq; petierimus
facias nobis. At ille dixit eis. Quid
vultis ut faciā vobis? Et dixerūt. Da
nobis: ut vnus ad dexterā tuā: ⁊ alius
ad ſiniſtrā tuā ſedeam in gloria tua.
Ihesus aūt ait eis. Nēſcitis q̄d petatis.

Potestis bibere calicem quē ego bibo aut baptismo quo ego baptizor baptizari? Et illi dixerūt ei. Possumus. Ihesus aūt ait eis. Calicē quidē quē ego bibo biberis ⁊ baptismo quo ego baptizor baptizabimini: sedere aūt ad dexteram meā uel ad sinistrā nō est meum dare vobis: sed quibus paratū est. Et audiētes decē indignari sūt de iacobo et iohāne. Ihesus aūt vocans eos ait illis. Scitis qā hij qui videnē principari gentibus dominantē eis: et principes eorū potestatem habent ipsorū. Non ita est aūt in vobis: sed quicūq; voluerit fieri maior erit vestē minister: et quicūq; voluerit i vobis primus esse: erit omnū seruus. Etenim et filius hoīs nō venit ut ministraretur ei: sed ut ministraret: et dare animā suā redemptionē pro multis. Et veniūt ihericho. Et ꝓficiscēte eo de ihericho: et discipulis eius ⁊ plurima multitudine: filius timei bartimeus cecus: sedebat iuxta viā mendicās. Qui cū audisset quia ihesus nazarenus est: cepit clamare ⁊ dicere. Ihesu fili dauid: miserere mei. Et cōminabātur illi multi: ut taceret. At ille multo magis clamabat: fili dauid miserere mei. Et stās ihesus: iussit illū vocari. Et vocāt cecū: dicentes ei. Animequioz esto. Surge: vocat te. Qui iecto vestimento suo: exiliens venit ad eū. Et respondēs ihesus dixit illi. Quid tibi vis faciam? Cecus aūt dixit ei. Rabboni ut videā. Ihesus aūt ait illi. Vade. Fides tua te saluū fecit. Et cōfestim vidit: et sequtus est eū i via. xi

Et cū appropinquarent ierosolime et betfanie ad montem olivarum mittit duos de discipulis suis: et ait illis. Ite i castellū qd cōtra vos est: et statim intrantes illuc inuenietis pullū ligatum: super quē nemo adhuc hominum sedit. Soluite illum: et adducite. Et si quis vobis dixerit quid facitis: dicite quia domino necessarios est: et continuo illū dimittet huc. Et abeuntes inuenerūt pullum ligatum ante iamuam foris in biuio: ⁊ soluūt eum. Et quidam de illic stantibus dicebant illis. Quid facitis soluentes pullū? Qui dixerūt eis sicut preceperat ihesus ihesus: et dimiserūt eis. Et duxerūt pullū ad ihesum: et imposuūt illi vestimenta sua et sedit super eū. Multi vestimēta sua straverūt i via. Alij aūt frondes cedebāt de arboribus: et sternebāt i via. Et qui pibāt: et q̄ sequebātur clamabāt dicentes. Osanna benedictus qui venit in nomine dñi: benedictum qd venit regnū patris nostri dauid: osanna in excelsis. Et intrauit ihersolimā in templū: et circūspectis omnibus cū iā vespera esset hora: exiit i bethaniam cū duodecim. Et alia die cū exiret a bethania esuriit. Cumq; vidisset a lōge ficū habentē folia: venit si qd forte inueniret in ea. Et cum venisset ad eam: nichil inuenit p̄ter folia. Nō enim erat tempus ficorum. Et respōdens dixit ei. Iam nō amplius in eternū ex te quis fructū manducet. Et audiebant discipuli eius. Et veniūt ierosolimā. Et cum intrasset in templū cepit eicere vendentes ⁊ ementes in templo: et mensas nummulariorū et cathedras vendentiū columbas euertit. Et nō sinebat ut quisq; transferret vas per templū: ⁊ docebat dicens eis. Nōne scriptū est quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos aūt fecistis eam spelunca latronum. Quo audito principes sacerdotū et scribe querebant quomodo eū perderent. Timebāt enim eū: quoniā vniuersa turba admirabat super doctrina eius. Et cū vespera facta esset: egrediebat de ciuitate. Et cū mane transirent: viderūt ficum aridā factā a radicibus. Et recordatus petrus dixit ei. Rabbi: ecce ficus cui maledixisti aruit. Et respondēs ihesus ait illis. Habete fidem dei. Amē dico vobis: quia quicūq; dixerit huic mōti tollere: et mittere in mare: ⁊ nō hesitauerit i corde suo sed crediderit qa qcūq; dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quecūq; orantes petitis credite quia accipietis: ⁊ euenient vobis. Et cū stabitis ad orandū: dimittite si quid habetis adversus aliquē: ut et pater vester qui in celis est dimittat vobis peccata vestra. Si vos nō dimiseritis: nec pater vester qui i celis est dimittet vobis peccata vestra. Et veniūt rursus iherosolimā. Et cum ambularet in templo accedūt ad eū summi sacerdotes et scribe ⁊ seniores: et dicūt ei. In qua potestate hec facis: ⁊ quis tibi dedit hanc potestatem ut ista facias? Ihesus aūt respondēs ait illis. Interrogabo vos et ego vnū verbū: ⁊ respondete michi: et dicam vobis in qua potestate hec faciam. Baptismū iohānis de celo erat an ex hominibus? Respōdete michi. At illi cogitabāt secū dicentes. Si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo non credidistis eis? Si dixerim? ex hominibus: timemus populū. Omnes enim habebant iohannem quia vere prophera esset. Et respondentes dicunt ihesu. Nescimus. Et respondens ihesus ait illis. Neq; ego dico vobis in qua potestate hec faciam. xii

Et cepit illis in parabolis loqui. Vinea plantauit homo: ⁊ circumdedit sepē ⁊ fodit lacū: et edificauit turrim: et locauit eam agricolis: et peregre profect est. Et misit ad agricolas in tempore seruū: ut ab agricolis acciperet de fructu vinee. Qui apprehensū eum cecidērūt: et dimiserūt vacuū. Et iterū misit ad illos alīū seruū: et illum in capite vulnerauerūt: et cōtumelijs affecerūt. Et rursum alīū misit: et illū occidērūt: et plures alios quos quidē cedentes: alios vero occidentes. Adhuc ergo vnū habēs filiū carissimū: et illū misit ad eos nouissimū dicens: quia reuerebūtur filiū meū. Coloni autem dixerūt ad invicem. Venite occidamus eum: et nostra erit hereditas. Et apprehendentes eū occidērūt: et eiecerūt extra vineam. Quid ergo faciet dūs vinee? Veniet et perdet colonos: et dabit vineam alijs. Nec scripturā hanc legistis lapidē quē reprobauerūt edificantes: hic factus est i caput anguli: a dūo factum est istud et est mirabile in oculis nostris? Et querebāt eū tenere: ⁊ timuerunt turbā. Cognouerūt enim quoniā ad eos parabolā hāc dixerit. Et relicto eo abierūt. Et mittūt ad eū quosdā de pharisis et herodianis: ut eum caperēt in verbo. Qui venientes dixerūt ei. Magister: scimus quia verax es et non curas quemq;. Nec enim vides in facie hominū: sed in veritate viā dei doces. Licet dari tributum cesari: an nō dabimus? Qui sciēs versutiā illorū: ait illis. Quid me tentatis? Afferte michi denarū ut videam. At illi attulerunt ei. Et ait illis. Cuius est ymago hec et inscriptio? Dixerūt ei. Cesaris. Respondens aūt ihesus dixit illis. Reddite igitur que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo. Et mirabātur super eo. Et venerunt ad eū sadducei qui dicunt resurrectionē non esse: et interrogabāt eum

dicētes. Magister: moyses nobis scripsit ut si cuius frater mortuus fuerit & dimiserit uxorem & filios non relinquerit: accipiat frater eius uxorem ipsius: et resuscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erāt: et primus accepit uxorem: & mortuus est non relicto semine. Et secundus accepit eam et mortuus est: et nec iste reliquit semen. Et tertius similiter. Et acceperūt eam similiter septem: et non reliquerūt semē. Novissima omniū defuncta est et mulier. In resurrectione ergo cū resurrexerint: cuius de ipsis erit uxor? Septem enim habuerunt eam uxorem. Et respondens ihesus ait illis. Nonne ideo errastis: nō scientes scripturas neq; virtutem dei? Cū enim a mortuis resurrexerint neq; nubent neq; nubentur: sed sunt sicut angeli dei in celis. De mortuis autē qd resurgāt nō legistis in libro moysi super rubum quomō dixerit illi deus inquiens: ego sum deus abraham & deus ysaac & deus iacob. Non est deus mortuorū sed viuorū. Vos ergo multū errastis. Et accessit unus de scribis qui audierat illos conquirentes: et videns quoniā bene illis responderit: interrogauit eū qd esset primū omniū mandatū. Ihesus autē respondit ei: quia primum omniū mandatū est. Audi israel dominus deus tuus deus unus est: & diliges dōm deū tuū ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: & ex tota mente tua: & ex tota virtute tua. Hoc est primū mādatum. Secundū autē simile est illi. Diliges proximū tuū tanq; ipsum. Maius horū aliud mandatū nō est. Et ait illi scriba. Bene magister in veritate dixisti: quia unus est deus & non est alius præter eū. Et ut diligatur ex toto corde et ex toto intellectu & ex tota anima et ex tota fortitudine: et diligere proximū tanq; ipsum: maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. Ihesus autē videns q̄ sapienter respondisset: dixit illi. Non es longe a regno dei. Et nemo iam audebat eū interrogare. Et respondens ihesus docebat dicens in templo. Quomodo dicūt scribe christū filium esse dauid? Ipse enim dauid dicit in spiritu sancto. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Ipse ergo dauid dicit eū dōm: et unde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit. Et dicebat eis in doctrina sua. Cauete a scribis: qui volūt in stolis ambulare et salutari i foro: et i primis cathedis sedere in synagogis: & primos discubitus in cenis. Qui deuorāt domos viduarū sub obtentu prolixe orationis: hij accipient plusius iudiciū. Et sedēs ihesus cōtra gazophilacū aspiciebat quomō turba iactaret es in gazophilacū: et multi diuites iactabāt multa. Cum venisset autē vidua una pauper: misit duo minuta qd ē quadrās. Et conuocans discipulos suos ait illis. Amen dico vobis: quoniā vidua hæc pauper plus omnibus misit qui miserūt in gazophilacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserūt: hæc vero de penuria sua omnia quæ habuit misit totum victum suum. xiij

Et cū egrederetur de templo: ait illi unus ex discipulis suis. Magister: aspice quales lapides et quales structure. Et respondens ihesus ait illi. Vides has omnes magnas edificationes? Non relinquetur lapis super lapidem qui nō destruatur. Et cum sederet in monte oliuarū cōtra templū: interrogabāt eū separatim petrus et iacobus

et iohannes et andreas. Dic nobis quādo ista fient: & qd signū erit quando hæc omnia incipient consumari. Et respondens ihesus cepit dicere illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient i nomine meo dicentes quia ego sum: & multos seducent. Cum audieritis autē bella et opiniones bellorū: ne timueritis. Oportet enim fieri: sed nondum finis. Exsurget enim gens cōtra gentem et regnū super regnū: et erit terremotus per loca et fames. Initia dolorū hæc. Videte autē vosmetipsos. Tradent enim vos in cōsilijs et in synagogis vapulabitis: et ante presides et reges stabimini propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primū oportet predicari euangeliū. Et cū duxerint vos tradentes: nolite præcogitare quid loquamini: sed qd datū vobis fuerit in illa hora id loquimini. Non enim vos estis qui loquēmini: sed spiritus sanctus. Tradet autē frater fratrem in mortē: et pater filium: et consurgent filij in parentes: & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus: propter nomē meū. Qui autē sustinuerit in finē: hic saluus erit. Cū autē videritis abominationē desolationis stantem ubi non debet: qui legit intelligat. Tūc q̄ in iudea sunt fugiāt in montes: et qui super tectū ne descendat in domū: nec introeat ut tollat qd de domo sua: et qui in agro erit: non reuertat retro: tollere vestimentū suū. Ve autē pregnantibus et nutrientibus in illis diebus. Orate autē ut hyems nō fiant. Erunt enim dies illi tribulationes tales quales nō fuerūt ab initio creature quā condidit deus usq; nūc: neq; fient. Et nisi breuiasset dōs dies: nō fuisset saluus omnis caro. Sed propter electos ds elegit breuiauit dies. Et tunc si quis vobis dixerit ecce hic est christus: ecce illic: ne crediderit is. Et surgent enim pseudo christi et pseudo prophete: et dabūt signa et prodigia ad seducendos si fieri potest etiā electos. Vos ergo videte. Ecce ēpdixi vobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationē illā sol obscurabitur: et luna nō dabit splendorē suū. Et stelle cēli erūt decidentes: et virtutes que sunt i celis mouebūtur. Et tunc videbūt filiū hominis venientem in nubibus cū virtute multa et gloria. Et tūc mittet angelos suos: et congregabit electos suos a quatuor ventis a summo terre usq; ad summū celi. Et ficu autē discite parabolā. Cum iam ramus eius mollis fuerit et nata fuerint folia: cognoscitis quia in proximo sit estas. Sic & vos cum videritis hæc fieri: scitote qd in proximo sit ostium. Amen dico vobis: quoniā nō transibit generatio hæc: donec omnia ista fiant. Celum et terra transibūt: verba autē mea nō trāsibūt. De die autē illa vel hora nemo scit: neq; angeli celo neq; filius: nisi pater. Videte: vigilate: et orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domū suam: & dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis: et iaitori precipit ut vigilet. Vigilate ergo. Nescitis enim quando dominus domus veniat: sero an media nocte an gallicantu an mane: ne cū venerit repentē inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico omnibus dico: vigilate. xiiij

Erat autē pascha & azima post biduum: et quærebāt summi sacerdotes et scribe quomodo cū dolo tenerent et occiderent. Dicebāt enim. Non in die festo: ne forte tumultus fieret in plebe. Et cum esset bethanie in domo simonis

leprosi et recumbente: venit mulier habens alabastrū unguenti nardi spicati pīciosi: et fracto alabastro effudit super caput eius. Erant aūt quidā indignantes intra semetipsos: et dicētes. Ut quid perditio ista unguenti facta est? Potuerat enim unguentum istud venūdari plus q̄ trecentis denariis: et dari pauperibus. Et fremebāt in eam. Iheſus aūt dixit. Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonū opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobiscum: et cū volueritis potestis illis benefacere: me aūt nō semper habetis. Nō habuit hec facere: præuenit ungere corpus meū in sepulturā. Amen dico vobis: ubicūq; p̄dicatū fuerit euangelium istud in universo mūdo: et q̄d fecit hec narrabitur in memoriam eius. Et iudas scariothis unus de duodecim abiit ad summos sacerdotes: ut p̄deret eū illis. Qui audientes gauisi sūt: et promiserūt pecuniā se daturos. Et quærebat quomodo illū opportune traderet. Et primo die azimorū quādo pascha immolabant: dicūt ei discipuli. Quo vis eamus et paremus tibi ut manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: et dicit eis. Ite et inuenietis: et occurret vobis homo lagenā aquæ bauliās. Sequimini eum: et quocunq; introierit dicite domino domūs: quia magister dicit. Vbi est refectio mea: ubi pascha cū discipulis meis manducem? Et ipse vobis demōstrabit cenaculū grande stratum: et illic parate nobis. Et abierūt discipuli eius: et venerūt in ciuitatem: et inuenerūt sicut dixerat illis: et parauerunt pascha. Vespere aūt facto venit cum duodecim. Et discumbentibus eis et manducantibus ait iheſus. Amen dico vobis: quia unus ex vobis tradet me qui manducat mecū. At illi cœperunt contristari et dicere singillatim. Numquid ego? Qui ait illis. Unus ex duodecim: qui intingit mecū manū in catino. Et filius quidē hominis vadit sicut scriptū est de eo. Ve aūt homini illi: per quē filius hominis tradetur. Bonum erat ei: si non esset natus homo ille. Et manducantibus illis: accepit iheſus panem: et benedicens fregit: et dedit eis et ait. Sumite: hoc est corpus meū. Et accepto calice: gratias agens dedit eis. Et biberūt ex illo omnes. Et ait illi. Hic est sanguis meus novi testamenti: qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: q̄ iam non bibā de genimine vitis: usq; in diem illum illud bibā nouū in regno dei. Et ymno dicto: exierūt in montem oliuarum. Et ait eis iheſus. Omnes scandalizabimini in nocte ista: quia scriptū est: percutiā pastorē et dispergēt oues. Sed postquā resurrexero: præcedā vos in galileā. Petrus autē ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint: sed non ego. Et ait illi iheſus. Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac priusq; gallus bis vocem dederit: ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul cōmori tibi: nō te negabo. Similiter aūt et omnes dixerunt. Et venerūt in p̄diū cui nomē gethsemani: et ait discipulis suis. Sedete hic donec oram. Et assumit petrū et iacobū et iohānem secū: et cœpit pauere et tedere. Et ait illis. Tristis est anima mea usq; ad mortem. Sustinete hic et vigilate. Et cū, processisset paululū: prostrauit se super terrā: et orabat ut si fieri posset præiret ab eo hora: et dixit. Abba pater: omnia tibi possibilia sūt: transfer calicem hunc a me. Sed non

quod ego volo: sed q̄d tu. Et venit: et inuenit eos dormientes. Et ait petro. Simon dormis? Non potuisti una hora vigilare? Vigilate et orate: ut non intretis in temptationē. Spiritus quidē promptus est: caro vero infirma. Et iterū abiens oravit: eundē sermonē dicens. Et reversus denuo: inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorū gravati: et ignorabāt quid responderent ei. Et venit tertio: et ait illis. Dormite iam: et requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce filius hominis tradetur in manus peccatorū. Surgite eamus. Ecce qui me tradet, prope est. Et adhuc eo loquente: venit iudas scariothis unus de duodecim: et cū eo turba multa cum gladiis et lignis a summis sacerdotibus et scribis et senioribus. Dederat aūt traditor eis signū dicens. Quēcunq; osculatus fuero ipse est tenete eū: et ducite caute. Et cum venisset: statim accedens ad eum ait. Rabbi. Et osculatus est eū. At illi manus iecerūt in iheſum et tenuerūt eum. Vnus aūt quidam de circūstantibus educēs gladiū percussit serui summi sacerdotis: et amputauit illi auriculam. Et respondens iheſus ait illis. Tanquā ad latronem existis cū gladiis et lignis comprehendere me. Quotidie eram apud vos in templo docens: et non me tenuistis. Sed ut impleantur scripture. Tunc discipuli eius relinquentes eū omnes fugerūt. Adolescēs aūt quidā sequebatur eū amictus sindone super nudo: et tenuerūt eū. At ille relicta sindone nudus, profugit ab eis. Et adduxerūt iheſum ad summū sacerdotem: et conuenerūt omnes sacerdotes et scribe et seniores. Petrus aūt a longe secutus est eū usq; intro in atrium summi sacerdotis: et sedebat cum ministris ad ignem: et calefaciebat se. Summi vero sacerdotes et omne cōsiliū quærebāt aduersus iheſum testimonium: ut eum morti traderent: nec inueniebant. Multi aūt testimoniū falsum dicebant aduersus eum: et cōuenientia testimonia nō erāt. Et quidā surgentes: falsum testimoniū ferebāt aduersus eū dicētes. Quoniā nos audiuimus eum dicentē. Ego dissoluā templū hoc manufactū: et post triduū aliud nō manufactū ædificabo. Et nō erat cōueniens testimoniū illorū. Et surgens aūt summus sacerdos in medium interrogauit iheſum dicens. Non respondes quicq; ad ea que tibi obiciunt ab hijs? Ille aūt tacebat: et nichil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eū: et dixit ei. Tu es christus filius dei benedicti? Iheſus aūt dixit illi. Ego sum. Et videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei: et venientem cum nubibus celi. Summus aūt sacerdos scindēs vestimēta sua ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerūt eū esse reum mortis. Et cœperunt quidā conspuere eū et velare faciē eius: et colaphis eū cedere: et dicere ei: vaticina. Et ministri alapis eū cedebāt. Et cum esset petrus in atrio deorsum: venit una ex ancillis summi sacerdotis: et cum vidisset petrū calefacientem se: aspicies illū ait. Et tu cū iheſu nazareno eras. At ille negauit dicens. Neq; scio: neq; nouī q̄d dicas. Et exiit foras ante atriū: et gallus cantauit. Rursus aūt cum vidisset illum ancilla cœpit dicere circūstantibus: quia hic ex illis est. At ille iterū negauit. Et post pusillū rursus qui astabāt dicebāt petro. Vere ex illis es: nam et galileus es. Ille aūt

repit anathematizare ⁊ iurare: quia
nesco hominem istum quem dicitis.
Et statim gallus iterum cantauit. Et
recordatus est petrus verbi quod dixe-
rat ei ihesus: priusq̃ gallus cãtet bis-
ter me negabis. Et cepit flere. ⁊ vi

Et confestim mane cõsiliũ facien-
tes summi sacerdotes cũ senioribus
et scribis et universo cõsilio: vinctões
ihesũ duxerũt ⁊ tradiderũt pilato. Et in-
terrogauit eũ pilat⁹. Tu es rex iudeorũ?
At ille respondens ait illi. Tu dicis. Et
accusabãt eum summi sacerdotes i mul-
tis. Pilat⁹ autẽ rursum interrogauit
eũ dicens. Nõ respondes quicq̃? Vi-
de in quantis te accusant. Ihesus au-
tem amplius nichil respondit: ita ut
miraretur pilatus. Per diẽ aũt festũ
solebat dimittere illis vnũ ex vinctis
quicunq̃ petissent. Erat aũt qui dice-
batur barabas. ḣ cũ seditiosis erat
vinctus qui in seditione fecerat homi-
cidiũ. Et cũ ascendisset turba: cepit re-
gare sicut semp̃ faciebat illis. Pilat⁹
aũt respondit eis ⁊ dixit. Vultis dimit-
tam vobis regem iudeorũ? Sciebat e-
nim q̃ per invidiã tradidissent eum
summi sacerdotes. Pontifices autem
conuauerũt turbã: ut magis baraba-
ban dimitteret eis. Pilatus aũt iterũ
respondens ait illis. Quid ergo vultis
faciã regi iudeorũ? At illi iterũ clama-
uerũt. Crucifige eũ. Pilatus vero dice-
bat illis. Quid enim mali fecit? At il-
li magis clamabãt: crucifige eũ. Pila-
tus aũt volẽs plebi satisfacere dimisit
illis barraban: et tradidit ihesum fla-
gellis cesum ut crucifigeretur. Milites
aũt duxerũt eum in atriũ pretorij ⁊ con-
uocant totã cohortem: ⁊ induũt eum
purpura: et imponũt ei plectentes spi-
neã coronã: et cepũt saluare eũ. Iu-
dei iudeorũ. Et percutiebant caput eius
arundine: et cõspuebãt eum: ⁊ ponen-
tes genua adorabãt eum. Et postq̃
illuserũt ei exuerũt illũ purpura: et in-
duxerũt eũ vestimentis suis: et eduxerũt
illũ ut crucifigerent eũ. Et angariauerũt
pretereunte quendam simonem cyrenẽ ve-
nientem de villa: patrem alexandri ⁊
rufi: ut tolleret crucem eius. Et perduxit
illũ in golgatha locũ: q̃ est interpreta-
tum caluarie locus. Et dabãt ei bibere
mirratũ vinũ: et nõ accepit. Et crucifi-
gentes eum diuiserunt vestimenta eius:
mittentes sortem super eis quis quid ve-
lleret. Erat aũt hora tertia: et crucifixe-
runt eũ. Et erat titulus cause eius inscri-
ptus: rex iudeorũ. Et cũ eo crucifixerũt du-
os latrones: vnũ a dextris et alium a si-
nistris eius. Et impleta est scriptura q̃ di-
cit. Et cũ iniquis reputat⁹ est. Et pre-
tereuntes blasphemabãt eũ: mouentes
capita sua ⁊ dicentes. Vah qui destru-
is templũ dei: et in tribus diebus reedifi-
cas. Saluũ fac temetipsũ descendens
de cruce. Similiter et summi sacerdotes
illudentes ad alterutrũ cum scribis di-
cebãt. Alios saluos fecit: seipsum non
potest saluũ facere. Christus rex israhel
descendat nunc de cruce: ut videamus
et credamus. Et qui cum eo crucifixi erant
cõuituabãtur ei. Et facta hora sexta:
tenebre facte sunt p̃ totã terrã usq̃ in h̃ora
nonã. Et hora nona exclamauit
ihesus voce magna dicens. Heloy he-
loy lemasabactani. Quod est interpre-
tatũ. Deus meus deus meus: ut q̃d
dereliquisti me? Et quidam de circu-
stantibus audientes dicebãt. Ecce he-
liam vocat. Currens aũt vnus et im-
plens spongiam aceto circũdãs ponebat
calamo: potũ dabat ei dicens. Sinite:
videamus si veniat helias ad deponendũ

eum. Ihesus aũt emissa voce magna
expirauit. Et velũ templi scissum est i
duo: a summo usq̃ deorsum. Videns
aũt centurio ḣ exadueso stabat: quia
sic clamãs expirasset: ait. Vere hom̃o
hic filius dei erat. Erant aũt et mulie-
res de longe aspicientes: inter quas e-
rat maria magdalene et maria iaco-
bi minoris ⁊ ioseph mater ⁊ salome:
et cũ esset in galilea sequebantur eum et
ministrabãt ei: et alie multe que simul
cum eo ascenderãt ierosolimã. Et cũ
iam sero esset factũ: quia erat parasce-
ue q̃ est ãte sabbatũ: venit ioseph ab
arimathia nobilis decurio: qui et ipse
erat expectans regnũ dei. Et audacter
introuiit ad pilatũ: ⁊ petiit corpus ihe-
su. Pilatus aũt mirabat si iam obiisset.
Et accersito centurione: interrogaui-
uit eum si iam mortuus esset. Et cum
cognouisset a centurione: donauit cor-
pus ioseph. Ioseph aũt mercatus sin-
donem: et deponens eum inuolui
sindone: et posuit eum in monumẽto
quod erat excisum de petra: et ad-
uolui lapidem ad ostiũ monumenti.
Maria magdalene et maria ioseph
aspiciebant ubi poneretur. ⁊ vii

Et cum transisset sabbatũ: maria
magdalene et maria iacobi et
salome emerunt aromata: ut venien-
tes ungerent ihesum. Et valde mane
vna sabbatorum: veniunt ad monu-
mentum: orto iam sole. Et dicebant
ad invicem. Quis revolvet nobis la-
pidem ab ostio monumenti? Et respi-
cientes viderunt revolutum lapidem.
Erat quippe magnus valde. Et intro-
euntes in monumentum viderunt iu-
venem sedentem in dextris coopertum
stola candida: et obstupuerũt. Qui
dicit illis. Nolite expauescere. Ihesum
nazarenũ crucifixũ: surrexit: nõ
est hic. Ecce locus: ubi posuerũt eũ. Sed
ite dicite discipulis eius et petro: q̃ pre-
cedet vos in galileam. Ibi eum vide-
bitis: sicut dixit vobis. At ille exeũtes
fugerũt de monumento. Invasserat e-
nim eas tremor et pavor: et nemini
quicq̃ dixerũt. Timebãt enim. Burgens
aũt ihesus mane prima sabbati appa-
ruit primo marie magdalene: de qua
eiecerat septem demonia. Illa vadẽs
nũciauit hijs qui cũ eo fuerant luge-
ntibus et flentibus: et illi audientes q̃a
viueret et visus esset ab ea: nõ credidit
runt. Post hec aũt duobus ex hijs am-
bulãntibus ostensus est in alia effigie
eunti bus in villã: et illi eũtes nunciau-
erũt ceteris: nec illis crediderunt. Nõ
ultimo aũt recũbentibus illis undecim
apparuit: et exprobrauit incredulitatẽ
eorũ ⁊ duriciã cordis: quia hijs q̃ vide-
rant eũ resurexisse nõ crediderunt. Et
dixit eis. Euntes i mundũ vniuersũ:
p̃dicate euangelũ omni creature. Qui
crediderit et baptizatus fuerit: saluus
erit: qui vero nõ crediderit: condemna-
bitur. Signa aũt eos qui crediderint
hec sequentur. In nomine meo demo-
nia eicient: linguis loquent nouis:
serpentes tollent. Et si mortiferum quid
biberint: non eis nocebit. Super egros
manus imponent: ⁊ bene habebunt.
Et dominus quidẽ ihesus postq̃ lo-
cutus est eis: assumptus est in celum:
et sedet a dextris dei. Illi autem profe-
cti predicauerunt vbiq̃: domino coo-
perante et sermonem confirmante: se-
quentibus signis. Explicit euangeliũ
secũdũ marcũ. Incipit prefatio bea-
ti hieronimi pbri in euangelio secũdũ
lucam

Lucas sirus natione antiocensis ante mediꝰ discipulus apostolorꝫ postea pauli sectꝰ usq; ad confessionꝫ eiꝰ laborans dño sine crimine: nam neq; vxorem unq; habuit neq; filios: septuaginta et quatuor annorũ obijt in bithynia plenꝰ spiritu sancto. Qui cũ iam scripta esset euãgelia p mathꝰ quidẽ in iudea p marcũ aut in italia: sancto instigante spiritu in achaie partibus hꝫ scripsit euangeliũ: significans eiã ipse in principio ante suũ alia esse descripta. Cui cura ea ꝗ ordo euãgelice dispositionis exposita maxime necessitas laboris fuit: ut primũ gentes fidelibus omni pfectione uenuri in carne dei cristi manifestata humanitate ne iudaicis fabulis attenti: in solo legis desiderio mererentur: uel ne hereticis fabulis et stultis sollicitationibus seducti reciderent a veritate elaborarent: dehinc ut in principio euangelij iohãnis natiuitate presumpta cui euangelium scriberet et in quo eꝫ scribere indicaret: cõstãs i se cõplera esset ꝗ esset ab alijs inchoata. Cui ideo post baptismũ filij dei a plectione generationis i cristo implere repetendꝫ a principio nativitatis humane potestas pnulla ẽ: ut requirendis demonstraret in quo apprehendes erat pre nathan filiũ dauid incoliu recurrentis i deũ generationis ad millo indisparabilis in ꝑdicas in hominibus cultũ suũ: pfecti opus hois redire in se p filiũ faceret: qui pre dauid patre venturus ipse ꝓbebat in cristo. Cui luce non immerito eiã scribendorum actuũ apostolorꝫ potestas i ministerio datur: ut deo in deũ pleno et filio pdicionis exercito-oratione ab apostolis facta-sorte domini electionis numerꝰ compleretur: sicꝫ paulus cõsummatione apostolice actibus dicet-quẽ diu cõtra tumultũ recalcitrante dño elegisset. Quod et legentibꝫ ac requirentibꝫ deũ-et si pre singula expedit a nobis utile fuerat: faciens ramẽ ꝗ operatem agricolã oportet de suis fructibus edere-uitauim publicã uariietatem: ne nõ tã volentibus deũ demõstrare uideremur-quã fastidientibus prodidisse.

Explicit prologꝰ. Incipit euangeliũ secundũ lucã. Prohemium ipsius lucã in euangelium suum.

Quoniã quidẽ multi conati sũt ordinare narrationes ꝗ i nobis completẽ sũt rei-sicut tradiderũt nobis q̃ ab initio ipsi uiderũt-et ministri fuerũt sermonis: uisũ est et mihi assecuto omnia a principio diligenter et ordine tibi scribere optime theophile: ut cognoscas eorꝫ uerborꝫ de quibꝫ eruditꝰ es veritatẽ.

Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias de vice abia-et uxor illi de filiabus aaron: et nomen eius elizabeth. Erant autem iusti ambo ante deum: incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius-eo ꝗ esset elizabeth sterilis: et ambo processissent i diebus suis. Factũ est aũt cũ sacerdotio fungeretur zacharias in ordine uicis sue ante deũ: secũdũ cõsuetudinem sacerdotij sorte egisset ut incensum poneret ingressus in templũ domini. Et omnis multitudo ꝑsonabat deorsum hora incensi. Apparuit autem illi angelus dñi: stans a dextris altaris incensi. Et zacharias turbatus est uisuo: et timor incidit super eũ. Dixit autẽ ad illũ ãgelus. Ne timeas zacharia: quoniã exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua elizabeth pariet tibi filiũ-et uocabis nomẽ eius iohannem: et erit gaudium tibi et exultatio: et multi in natiuitate eius gaudebũt. Erit enim magnꝰ coram dño: et uinũ et sicerã nõ bibet. Et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sue: et multos filiorũ israel conuertet ad dñm deum ipsorꝫ. Et ipse ꝑdet aute ipsũ i spiritu et virtute helie: ut conuertat corda patrũ in filios-et incredibiles ad prudentiã iustorꝫ: parare dño plebẽ pfectã. Et dixit zacharias ad angelũ. Unde hoc sciã? Ego enim sum senex: et uxor mea pcessit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei. Ego sum gabriel q̃ asto ante deum: et missus sum loqui ad te: et hec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens et non poteris loqui usq; i diem quo hec fiant: pro eo ꝗ non credidisti verbis meis-que implebũtur in tempore suo. Et erat plebs expectans zachariã: et mirabãtur ꝗ tardare ipse i templo. Egressus aũt non poterat loqui ad illos. Et cognouerũt ꝗ visionem uidisset i templo. Et ipse erat innuens illis: et permansit mutus. Et factũ est ut impleti sunt dies officij eꝰ: abijt i domũ suã. Post hos aũt dies cõcepit elizabeth uxor eius: et occultabat se mẽsibus quinq; dicens. Quia sic fecit michi dominus-in diebus quibus respexit auferre oprobriũ meũ inter homines.

In mense aũt sexto missus ẽ angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth-ad virginem desposatam viro cui nomẽ erat ioseph: de domo dauid: et nomẽ virginis maria. Et ingressus ãgelus ad eã dixit. Ave gratia plena: dñs tecũ: benedicta tu in mulieribꝫ. Que cũ audisset-turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud deũ. Ecce concipies in utero et paries filiũ: et uocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: et filiꝰ altissimi uocabitur. Et dabit illi dñs deꝰ sedem dauid patris eius: et regnabit i domo iacob in eternũ: et regni eꝰ nõ erit finis. Dixit aũt maria ad angelũ. Quomõdo fiet istud: quoniã uirũ non cognosco? Et respõdens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superuenit in te: et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Idꝫ et q̃ nascet ex te sanctũ: uocabit filiꝰ dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa concepit filiũ i senectute sua. Et hic mensis est sextꝰ illi q̃ uocãt sterilis: Quia nõ erit impossibile apud deum omne verbũ. Dixit aute maria. Ecce ancilla dñi: fiat michi secũdũ verbũ tuũ. Et discessit ab illa ãgelus. Exsurgens aũt maria in diebus illis abijt in montana cũ festinatione in ciuitatẽ iuda: et intrauit in domũ zacharie: et salutauit elizabeth. Et factũ est ut audiuit salutationem marie elizabeth: exultauit infans in utero eꝰ. Et repleta est spiritu sancto elizabeth: et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc michi: ut veniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tue i auribus meis: exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata que credidit: quoniã perficiẽtur ea q̃ dicta sunt ei a dño. Et ait maria. Magnificat anima mea dñm: et exultauit spiritus meus in

deo salutari meo: quia respexit humilitatem ancille sue. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: quia fecit michi magna: qui potens est: et sanctum nomen eius. Et misericordia eius in progenies et progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis: et divites dimisit inanes. Suscepit israhel puerum suum memorari misericordie sue: sicut locutus est ad patres nostros: abraham et semini eius in secula. Mansit autem maria cum illa quasi mensibus tribus: et revertebatur in domum suam. Elisabeth autem impletum est tempus pariendi: et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius: quia magnificavit dominus misericordiam suam cum illa: et congratulabantur ei. Et factum est in die octava venerunt circumcidere puerum: et vocabant eum nomine patris sui zacharia. Et respondens mater eius dixit. Nequaquam: sed vocabitur iohannes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in cognatione tua: qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius: quem veller vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit dicens: iohannes est nomen eius. Et mirati sunt universi. Aperto autem illico os eius et lingua eius: et loquebat benedicens deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: et super omnia montana iudee divulgabantur omnia verba hec: et posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes. Quisnam puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et zacharias pater eius repletus est spiritu sancto: et prophetavit dicens. Benedictus dominus deus israhel: quia visitavit et fecit redemptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis in domo david pueri sui: sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius: salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium qui oderunt nos: ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti: iusiurandum quod iuravit ad abraham patrem nostrum datum se nobis: ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi: in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis. Praibis enim ante faciem domini parare vias eius: ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum: per viscera misericordie dei nostri: in quibus visitavit nos oriens ex alto: illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat et confortabatur spiritu: et erat in deserto usque in diem ostensionis sue ad israhel.

Factum est autem in diebus illis: exiit edictum a cesare augusto: ut describeretur universus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatem. Ascendit autem et ioseph a galilea de civitate nazareth in iudeam civitatem david que vocatur bethleem eo quod esset de domo et familia david: ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnante. Factum est autem cum essent ibi: impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum: et pannis eum involvit: et reclinavit eum in presepio: quia non erat eis locus in diversorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes: et custodientes vigilias nocturnas super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos: et claritas dei circumfulsit

illos: et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie salvator qui est christus dominus in civitate david. Et hoc vobis signum. Invenietis infantem pannis involutum: et positum in presepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis: laudantium deum et dicentium. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in celum: pastores loquebantur adinuicem. Transeamus usque bethleem: et videamus hoc verbum quod factum est quod fecit dominus et ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et invenerunt mariam et ioseph: et infantem positum in presepio. Videntes autem cognoverunt de verbo: quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant mirati sunt: et de hijs que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et reversi sunt pastores glorificantes et laudantes deum in omnibus que audierant et viderant: sicut dictum est ad illos. Et postquam consummati sunt dies octo: ut circumciderent puerum: vocatum est nomen eius iesus. Quod vocatum est ab angelo priusquam in utero concperetur. Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem moysi tulerunt illum in iherusalem: ut sisterent eum domino: sicut scriptum est in lege domini. Quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum domino vocabitur. Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini: par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in iherusalem cui nomen symeon. Et homo iste iustus et timorat expectans consolationem israhel: et spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto non visurum se mortem: nisi prius videret christum domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum iesum parentes eius: ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: et ipse accepit eum in ulnas suas: et benedixit deum et dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum: quod paratisti ante faciem omnium populorum: lumen ad revelationem gentium: et gloriam plebis tue israhel. Et erat pater eius et mater mirantes super hijs que dicebantur de illo. Et benedixit illis symeon: et dixit ad mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam: et in resurrectionem multorum in israhel: et in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius: ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna prophetissa filia fanuel de tribu aser: hec processerat in diebus multis: et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et hec vidua usque ad annos octoginta quatuor: que non discedebat de templo: ieiunijs et obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hec ipsa hora superueniens confitebatur domino: loquebatur de ipso omnibus qui expectabant redemptionem israhel. Et ut perfecerunt omnia secundum legem domini: reversi sunt in galileam in ciuitatem suam nazareth. Puer autem crescebat et confortabatur: plenus sapientia: et gratia dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in iherusalem in die solemni pasche. Et cum factus esset annorum duodecim: ascendentibus illis in iherosolimam secundum consuetudinem diei festi. Consummatisque diebus cum redirent remansit puer iesus in iherusalem: et non cognoverunt parentes eius. Existimantes

autē illū esse in comitatu: venerūt iter
diei: ⁊ requirebāt eū inter cognatos et
notos. Et nō inuenientes regressi sūt
in hierusalē: querentes eum. Et factū
est post triduū inuenerunt eū in tēplo
sedentem in medio doctoꝝ: audientē
illos et interrogantem eos. Stupebāt
autē omnes qui eū audiebant sup pru-
dentia ⁊ responsis eius. Et videntes
admirati sunt. Et dixit mater eius ad
illū. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pa-
ter tuus et ego dolentes querebamus
te. Et ait ad illos. Quid est q̄ me que-
rebatis? Nesciebatis quia ī his que
patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi
non intellexerūt verbū q̄ locutus est
ad eos. Et descendit cum eis: et venit
nazareth: et erat subditus illis. Et ma-
ter eius conseruabat omnia verba hec ī corde
suo. Et iheſus proficiebat sapiētia et ētate
⁊ gratia apud deū ⁊ homines. ij

Anno autē quintodecimo imperij
tyberij cesaris: procuratē pōtio
pilato iudeam: tetrarcha autē galilee
herode: philippo autē fratre eius tetrarcha
ituree et trachonitidis regionis: ⁊ lysa-
nia abiline tetrarcha: sub principibus
sacerdotum anna et caypha: factū est
verbum dēi sup iohannē zacharie filium
in deserto. Et venit in omnē regi-
onem iordanis predicans baptismū
penitentie ī remissionē peccatoꝝ: sicut
scriptū est in libro sermonū ysaie pro-
phete. Vox clamantis in deserto parate ui-
am domini: rectas facite semitas eius.
Omnis vallis implebitur: et omnis
mons et collis humiliabitur. Et erit
prauā in directa ⁊ aspera in vias pla-
nas: ⁊ videbit omnis caro salutare dei.
Dicebat ergo ad turbas q̄ exibant ut
baptizarentur ab ipo. Genimina vipe-
rarum: quis ostendit vobis fugere a
ventura ira? Facite ergo fructus dignos
penitentie: ⁊ ne cepetis dicere patrem
habemus abraham. Dico enim vobis:
quia potens est deus de lapidibus istis
suscitare filios abrahe. Iam enim ceci-
dit ad radicem arboris securis. Omnis
ergo arbor nō faciens fructū bonū ex-
cidetur: ⁊ in ignē mittetur. Et interro-
gabant eum turbe dicentes. Quid ergo
faciemus? Respondens autē dicebat illis.
Qui habet duas tunicas det non ha-
benti: et qui habet escas similiter faci-
at. Venerūt autē et publicani ut bapti-
zarentur: ⁊ dixerūt ad illū. Magiste-
quid faciemus? At ille dixit ad illos.
Nichil amplius q̄ q̄ cōstitutū ē vo-
bis faciatis. Interrogabant autē eū et
milites dicētes. Quid faciemus ⁊ nos?
Et ait illis. Neminē concutiatis neq;
calūniam faciatis: ⁊ contenti estote sti-
pendijs vestris. Existimante autē ploꝝ
et cogitantibus omnibus in cordibus
suis de iohānē: ne forte ipse esset christus:
respondit iohānes dicēs omnibus. Ego
quidē aqua baptizo vos: venit autē
fortior me: cui non sum dignus solue
corrigiā calciamentoꝝ eius: ipse vos
baptizabit ī spiritu sāto et igni. Cuius
ventilabrū in manu eius: ⁊ purgabit a-
reā suā: et cōgregabit triticū in horre-
um suū: paleas autē cōburet igni inex-
tinguibili. Multa quidē ⁊ alia exhor-
tans euāgelizabat ploꝝ. Herodes au-
tem tetrarcha cum corriperet ab illo de
herodiade vxore fratris sui: et de omni-
bus malis que fecit herodes: addidit ⁊
hoc sup omnia: ⁊ inclusit iohannem
in carcere. Factū est autē cū baptizā-
retur omnis plebs: et iheſu baptizato
et orāte apertū est celū: et descendit spi-
ritus sanctus corporali specie sicut co-
lumba in ipm: et vox de celo facta est.

Tu es filius meus dilectus: in te com-
placuit michi. Et ipse iheſus erat inci-
piens quasi annoꝝ triginta ut puta-
batur filius ioseph: qui fuit heli: qui
fuit mathath: ⁊ fuit leui: ⁊ fuit melchi:
⁊ fuit iānē: ⁊ fuit ioseph: ⁊ fuit matha-
thie: ⁊ fuit amos: ⁊ fuit naum: ⁊ fuit he-
sli: ⁊ fuit nagge: ⁊ fuit maach: qui fuit
mathathie: ⁊ fuit semei: ⁊ fuit ioseph: ⁊
fuit iuda: qui fuit iohanna: qui fuit re-
sa: ⁊ fuit zorobabel: qui fuit salathiel:
⁊ fuit neri: ⁊ fuit melchi: ⁊ fuit addi: ⁊
fuit cholsan: ⁊ fuit helmadan: ⁊ fuit her:
qui fuit iheſu: qui fuit heliezer: qui fuit
iorim: qui fuit matthath: qui fuit leui
qui fuit symeon: qui fuit iuda: qui fuit
ioseph: ⁊ fuit iona: qui fuit eliachim:
qui fuit melcha: qui fuit menna: ⁊ fuit
mathata: qui fuit nathan: qui fuit da-
uid: qui fuit iesse: qui fuit obeth: qui fu-
it booz: ⁊ fuit salmō: ⁊ fuit naason: ⁊
fuit aminadab: ⁊ fuit aram: ⁊ fuit esrō:
qui fuit phares: ⁊ fuit iudā: ⁊ fuit iacob:
qui fuit ysaac: ⁊ fuit abrahe: qui fuit
thare: qui fuit nachor: qui fuit seruch:
qui fuit ragau: ⁊ fuit phalech: qui fuit
heber: qui fuit sale: qui fuit cainan: ⁊
fuit arphaxat: qui fuit sem: ⁊ fuit noe:
⁊ fuit lamech: ⁊ fuit mathusale: ⁊ fuit
enoch: qui fuit iareth: ⁊ fuit malaleel:
qui fuit cainan: qui fuit enos: ⁊ fuit
seth: ⁊ fuit adam: qui fuit dei. iiij

Iheſus autē plenus spiritu sancto regres-
sus est a iordane: et agebatur in spiri-
tu in deserto diebus quadragita: et tem-
ptabat a diabolo. Et nichil māducā-
uit in diebus illis: et consumatis illis e-
sturijt. Dixit autē illi diabolus. Si fi-
lius dei es? Dic lapidi hunc ut panis
fiat. Et respondit ad illū iheſus. Scri-
ptum est: quia non in pane solo viuit
homo: sed in omni verbo dei. Et duxit
illū diabolus: et ostendit illi omnia
regna orbis terre in momento temporis:
et ait illi. Tibi dabo potestatē hanc u-
niuersam: et gloriā illoꝝ: quia michi
tradita sunt: et cui volo do illa. Tu er-
go procidens si adoraueris coram me:
erit tua omnia. Et respondens iheſus
dixit illi. Scriptū est. Dōm deum tuū
adorabis: et illi soli seruies. Et duxit
illū in iheſlm: et statuit eū super pinna
templi: et dixit illi. Si filius dei es: mit-
te te hinc deorsum. Scriptū est enim q̄
angelis suis mādauit de te: ut conser-
uent te: et quia ī manibus tollent te: ne
forte offendas ad lapidem pedem tuū.
Et respondēs iheſus ait illi. Dictum
est. Non temptabis dōm deū tuū. Et
consūmata omni temptatione: diabolus
recessit ab illo usq; ad tempus. Et regres-
sus est iheſus in virtute spiritus in ga-
lileam: et fama exiit p̄ universam regi-
onem de illo. Et ipse docebat in syna-
gogis eorū: et magnificabat ab omni-
bus. Et venit nazareth ubi erat nutri-
tus: ⁊ intrauit secū consuetudinē suā
die sabbati in synagogā: et surrexit le-
gere. Et traditus est illi liber ysaye pro-
phete. Et ut reuoluit librū: inuenit lo-
cum ubi scriptū erat. Spiritus domi-
ni sup me: propter q̄ unxit me euāgeliza-
re pauperibus misit me: sanare contrito
corde: predicare captiuis remissionē: ⁊
cecis visum: dimittere confractos ī re-
missionē: predicare annū dōi acceptū:
et diē retributionis. Et cū plicasset li-
brum: reddidit ministro et sedit. Et o-
mniū in synagoga oculi erāt intendē-
tes in eū. Cepit autē dicere ad eos: q̄
hodie impleta ē hec scriptura ī auribus
vestris. Et omnes testimoniū illi da-
bant: et mirabant in verbis gratie: q̄
procedebāt de ore ipsius: ⁊ dicebant.

Nonne hic est filius ioseph? Et ait illis.
Vtique dicetis mihi hanc similitudinem.
Medice cura ipsum. Quanta audi-
uimus facta in capharnaum: fac et hic
in patria tua. Dixit autem. Amen dico vo-
bis quia nemo propheta acceptus est in pa-
tria sua. In veritate dico vobis: multe
vidue erant in israhel in diebus helie
quando clausum est celum annis tribus
et menibus sex: cum facta esset fames
magna in omni terra: et ad nullam illa-
rum missus est helias: nisi in sarepta
sydonie ad mulierem viduam. Et multi
leprosi erant in israhel sub helyseo pro-
pheta: et nemo eorum mundatus est nisi
naaman syrus. Et repleti sunt omnes
in synagoga ira hec audientes. Et sur-
rexerunt et eiecerunt illum extra ciuitatem: et
duxerunt illum usque ad supercilium montis
super quem ciuitas illorum erat edificata: ut
precipitarent eum. Ipse autem transiens
per medium illorum ibat. Et descendit in
capharnaum ciuitatem galilee: docens
eos in sabbatis. Et stupebant
in doctrina eius: quia in potestate erat
sermo ipsius. Et in synagoga erat ho-
mo habens demonium immundum: et
exclamauit voce magna dicens. Si-
ne: quid nobis: et tibi iesu nazarene?
Venisti perdere nos. Scio te qui sis: san-
ctus dei. Et increpauit illum iesus di-
cens. Obmutesce: et exi ab eo. Et cum
proiecisset illum demonium in medium ex-
iit ab illo: nihilque illum nocuit. Et fa-
ctus est pauor in omnibus: et colloque-
bant adinuicem dicentes. Quod est hoc
verbum: quia in potestate et virtute impe-
rat immundis spiritibus: et exeunt? Et
diuulgabat fama de illo: in omnem
locum regionis. Surgens autem iesus
de synagoga: introiuit in domum simo-
nis. Socrus autem simonis erubat
magnis febribus: et rogauerunt illum
pro ea. Et stans sup illa imperauit fe-
bri: et dimisit illam: et continuo surgens
ministrauit illis. Cum sol autem occidisset
omnes qui habebant infirmos varijs
languoribus: ducebant illos ad eum:
at ille singulis manus imponens cu-
rabat eos. Exibant autem dyemonia a
multis clamantia: et dicentia: quia tu
es filius dei. Et increpans non sinebat
ea loqui: quia sciebant ipsum esse cristum.
Facta autem die egressus ibat in deserti
locum: et turbe requirebant eum: et ue-
nerunt usque ad ipsum: et detinebant illum
ne discederet ab eis. Quibus ille ait.
Quia: et alijs ciuitatibus oportet me euã-
gelizare regnũ dei: qꝗ ideo missus sũ. Et
erat prdicans in synagogis galilee. ¶

Factum est autem cum turbe irruerent
in eum ut audirent verbum dei:
et ipse stabat secus stagnum genezareth.
Et vidit duas naues stantes sec stagnum:
piscatores autem descenderant: et
lauabant retia. Ascendens autem una na-
uim que erat simonis: rogauit eum
a terra reducere pusillum. Et sedens doce-
bat de nauicula turbas. Vt cessauit
autem loqui: dixit ad simonem. Duc in al-
tum: et laxate retia vestra in capturam.
Et respondens simon dixit illi. Prece-
ptor per totam noctem laborantes nichil
cepimus: in verbo autem tuo laxabo
rete. Et cum hoc fecissent: concluserunt
piscium multitudinem copiosam. Rupe-
batque autem rete eorum. Et annuerunt soci-
is qui erant in alia naui: ut venirent et
adiuuarent eos. Et venerunt: et imple-
uerunt ambas naviculas: ita ut mergerentur.
Quod cum videret simon pe-
trus: procidit ad genua iesu dicens.
Exi a me: qꝗ homo peccator sum dñe.
Stupor enim circumdederat eum: et omnes

qui cum illo erant: in captura piscium
quã ceperant. Similiter autem iacobum et
iohannem filios zebedei: qui erant so-
cij simonis. Et ait ad simonem iesus.
Noli timere: ex hoc iam homines eris
capiens. Et subductis ad terram naui-
bus: relictis omnibus secuti sunt illum. Et fa-
ctum est cum esset in una ciuitatum: et ec-
ce vir plenus lepra: et videns iesum
et procidens in faciem suam: rogauit eum
dicens. Domine: si vis potes me mun-
dare. Et extendens manum: tetigit eum
dicens. Volo. Mundare. Et continuo lepra
discessit ab illo. Et ipse precipit illi ut ne-
mini diceret: sed vade ostende te sacer-
doti: et offer pro emundatione tua si-
cut precipit moyses in testimonium illis.
Perambulabat autem magis sermo de il-
lo: et conueniebant turbe multe ut audi-
rent: et curarentur ab infirmitatibus
suis. Ipse autem secedebat in desertum et
orabat. Et factum est in vna dierum: et ipse
sedebat docens. Et erant pharisei sedentes
et legis doctores qui venerant ex o-
mni castello galilee et iudee: et iherusa-
lem: et virtus domini erat ad sanandum eos. Et
ecce viri portantes in lecto hominem qui
erat paralyticus: et querebant eum infer-
re et ponere ante eum. Et non inuenientes
qua parte illum inferrent pe turbam:
ascenderunt supra tectum: et per tegulas
summiserunt eum cum lecto in medium ante
iesum. Quem videns ut vidit dixit. Ho-
mo: remittuntur tibi peccata tua. Et
ceperunt cogitare scribe et pharisei dicen-
tes. Quis est hic qui loquitur blasphe-
mias? Quis potest dimittere peccata:
nisi solus deus? Et cognouit autem iesus
cogitationes eorum: respondens dixit ad il-
los. Quid cogitatis in cordibus vestris?
Quid est facilius dicere dimittunt tibi
peccata: an dicere surge et ambula? Vt autem
sciatis qꝗ filius hominis habet potestatem in
terra dimittendi peccata: ait paralitico.
Tibi dico surge: tolle lectum tuum: et vade
in domum tuam. Et continuo consurgens
coram illis tulit lectum in quo iacebat: et
abiit in domum suam magnificans deum.
Et stupor apprehendit omnes: et magni-
ficabant deum. Et repleti sunt timore di-
centes: quia vidimus mirabilia hodie.
Et post hec exijt: et vidit publicanum
nomine leui sedentem ad theloneum: et
ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus
hic surgens secutus est eum. Et fecit
ei conuiuium magnum leui in domo sua:
et erat turba multa publicanorum et ali-
orum qui cum illis erant discumbentes.
Et murmurabant pharisei et scribe eorum:
dicentes ad discipulos eius. Quare cum
publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis? Et respondens iesus di-
xit ad illos non egent qui sani sunt me-
dico: sed qui male habent. Non veni
vocare iustos: sed peccatores ad pe-
nitentiam. At illi dixerunt ad eum. Qua-
re discipuli iohannis ieiunant sepe-
ter et obsecrationes faciunt: similiter
et pharisei: tui autem edunt et bibunt?
Quibus ipse ait? Numquid potestis
filios sponsi dum cum illis est sponsus
facere ieunare: Venient autem dies: cum
ablatus fuerit ab illis sponsus: tunc
ieunabunt in illis diebus. Dicebat autem
et similitudinem ad illos. Quia nemo
commissuram a nouo vestimento immit-
tit in vestimentum vetus: alioquin et no-
uum rumpit: et veteri non conuenit com-
missura a nouo. Et nemo mittit vi-
num nouum in vtres veteres: alioquin
rupit vinum nouum vtres: et vinum effun-
detur et vtres peribunt. Sed vinum nouum
in vtres nouas mittendum est: et vtrque
conseruantur. Et nemo bibens vetus stati

vult nouũ: dicit eũ vt⁹ mel⁹ ē. VI
Factũ est aũt in sabbato secundo
primo · cũ transiret per sata vel-
lebat discipl eius spicas: et mãducba-
bant confricantes manibus. Quidã
aũt pharisoꝝ dicebant illis. Quid
facitis qd̃ non licet in sabbatis? Et re-
spondens ihesus ad eos dixit. Nec hoc
legistis qd̃ fecit dauid · cũ esuriisset ipse
et qui cum illo erant: quomõ intrauit
in domum dei · et panes ꝓpositionis
sumpsit ⁊ mãducauit · et dedit hijs q̃
cum ipo erant: q̃s nõ licet mãducare
nisi tantũ sacerdotibus? Et dicebat illis:
quia dñs est filius hominis etiã sab-
bati. Factũ est aũt et in alio sabbato:
ut intraret in synagogam et docet.
Et erat ibi homo: ⁊ manꝰ eius dextra
erat arida. Obseruabãt autem scribe
et pharisei si in sabbato curaret: ut in-
uenirent unde accusarent eũ. Ipse vero
sciebat cogitationes eoꝝ: et ait homini
qui habebat manũ aridã. Surge: et
sta in medium. Et surgens stetit. Ait
aũt ad illos ihesus. Interrogo vos si
licet sabbatis benefacere an male: ani-
mam salũ facere an pdere? Et circũ-
spectis omnibus dixit homini. Extende
manũ tuã. Et extendit: et restituta est
manus eius. Ipi aũt repleti sunt insi-
pientia: ⁊ colloquebant ad invicẽ q̃d
nam facerent ihesu. Factũ est aũt in il-
lis diebus exiit in montem orare: ⁊ erat
pnoctans i oratione dei. Et cum die
factus esset vocauit discipulos suos:
et elegit duodecim ex ipis q̃s ⁊ apl̃os
nominauit: simonẽ quẽ cognominau-
it petrũ et andreã fratrem eius: iaco-
bum ⁊ iohannẽ · philippũ et bartholo-
meum · matheum et thomam iacobũ
alphei et simonem qui vocat zelotes
et iudam iacobi: et iudam iscariothe q̃
fuit proditor. Et descendens cum illis
stetit in loco campestri ⁊ turba discipu-
lorꝫ eius: et multitudo copiosa plebis
ab omni iudea ⁊ ihrusalẽ et maritima
et tyri et sydonis · qui venerãt ut audi-
rent eum: ⁊ sanarentur a languoribus
suis. Et qui vexabantur a spiritibus
immũdis curabantur. Et omnis tur-
ba querebat eum tangere: quia virtus
de illo exibat et sanabat omnes. Et
ipse eleuatis oculis i discipulos suos
dicebat. Beati pauperes: quia vestrũ
est regnũ dei. Beati qui nunc esuritis:
quia saturabimini. Beati qui nunc
fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum
vos oderit hoies ⁊ cũ separauerint vos
et exprobrauerint: et ejecerint nomen
vestrũ tanq̃ malũ ꝓter filiũ hominis.
Gaudete in illa die ⁊ exultate: ecce mẽ
merces vestra multa est in celo. Secũ-
dum hec enim faciebant prophetis pa-
tres eoꝝ. Verũtamen ve vobis diuiti-
bus: qui habetis consolationẽ vestrã.
Ve vobis qui saturati estis: quia esu-
rietis. Ve vobis qui ridetis nunc: q̃a
lugebitis et flebitis. Ve cũ bene vobis
dixerint omnes homines. Secundũ hec
enim faciebãt ꝓphetis patres eoꝝ. Sed
vobis dico qui auditis. Diligite ini-
micos vestros: benefacite hijs q̃ vos
oderunt. Benedicite maledicentibus
vos: orate pro calumniãntibus vos.
Et qui te percutit in maxillã · prebe ei al-
teram: et ab eo qui auferet tibi vestimẽ-
tum · etiã tunicam noli ꝓhibere. Omni
aũt petenti te tribue: et qui auferet que
tua sunt ne repetas. Et prout vultis
ut faciant vobis homines: et vos fa-
cite illis similiter. Et si diligitis eos qui
vos diligunt: que vobis est gratia?
Etenim et peccatores dilig̃entes se dilig̃
unt. Et si benefeceritis hijs q̃ vobis

benefacunt: que vobis est gratia? Si
quidem et peccatores hoc faciunt. Et
si mutuũ dederitis hijs a quibus spe-
ratis recipere: q̃ gratia est vobis? Etiã
et peccatores peccatoribus fenerant: ut
recipiant equalia. Verũtamen diligi-
te inimicos vestros: benefacite et mu-
tuũ date · nihil inde sperantes: et erit
merces vestra multa: ⁊ eritis filij altis-
simi: quia ipse benigꝰ ē sup ingratos
et malos. Estote ergo misericordes: sic-
ut et pater vester misericors ē. Nolite
iudicare: ⁊ non iudicabimini. Nolite
condemnare: et non cõdemnabimini.
Dimittite: et dimittemini. Date: et
dabitur vobis. Mensurã bonã ⁊ con-
fertam · et coagitatã et sup effluentem
dabũt in sinũ vestrũ. Eadẽ vero men-
sura qua mensi fueritis: remetietur vo-
bis. Dicebat aũt illis ⁊ similitudinem.
Numquid potest cecus cecum ducere?
Nõne ambo in foueã cadũt? Nõ est
discipulus sup magistrũ: perfectus autẽ
omis erit: si fuerit sicut magister eiꝰ. Quid
aũt vides festucã in oculo fratris tui:
trabem aũt que in oculo tuo est non
consideras? Aut quomodo potes di-
cere fratri tuo · frater · sine etiã festucã
de oculo tuo: ipe in oculo tuo trabem
non vides? Hypocrita fac primũ ma-
trem de oculo tuo: et tunc perspicies ut
educas festucam de oculo fratris tui.
Non est enim arbor bona q̃ facit fru-
ctus malos: neq̃ arbor mala facien
fructum bonũ. Unaquaeq̃ enim arbor
de fructu suo cognoscitur. Neq̃ enim
de spinis colligunt ficus: neq̃ de rubo
vindemiãt vuam. Bonus homo de
bono thesauro cordis sui ꝓfert bonũ: et
malus homo de malo thesauro ꝓfert
malũ. Ex abũdãtia enim cordis os lo-
quit. Quid aũt vocatis me dñe dñe: ⁊
nõ facitis que dico? Omnis q̃ venit ad
me · et audit sermones meos · et facit e-
os: ostendã vobis cui similis sit. Si-
milis est homini edificãti domũ qui
fodit in altũ: et posuit fundamentũ su-
pra petram. Inundatione autem fa-
cta illisum est flumen domui illi: et nõ
potuit eam mouere. Fundata enim erat
supra petram. Qui aũt audit et nõ fa-
cit similis est homini edificanti domũ
suã supra terram sine fundamento: in
quã illisus ē fluꝰ · ⁊ cõtinuo cecidit: ⁊
facta ē ruina domꝰ illiꝰ magna. VII
Cum aũt impleret omnia verba
sua in aures plebis: intrauit ca-
pharnaũ. Centurionis aũt cuiusdã
seruus male habens erat moriturus:
qui illi erat ꝑciosus. Et cum audisset
de ihesu · misit ad eum seniores iudae-
orum: rogans eũ ut veniret · ⁊ saluare
seruũ eiꝰ. At illi cũ venissent ad ihesum
rogabant eum sollicite dicentes ei: q̃a
dignus est ut hoc illi ꝓstes. Diligit enim
gentem nr̃am: et synagogam ipse edi-
ficauit nobis. Ihesus autem ibat cũ
illis. Et cum iam non longe esset a do-
mo: misit ad eum centurio amicos
dicens. Domine: noli vexari. Nõ enim
sum dignꝰ ut ꝑs tecũ meũ intres: pro-
pter qd̃ · meipsum non sum dignum
arbitratus ut venirem ad te: sed dic
verbo et sanabitur puer meus. Etenim
et ego homo sum sub potestate cõsti-
tutus · habens sub me milites: et dico
huic vade ⁊ vadit · ⁊ alio veni ⁊ venit:
et seruo meo fac hoc et facit. Quo au-
dito ihesus miratus est: et cõuersus se-
quentibus se turbis dixit. Amen dico
vobis: nec in israel tantam fidem in-
uenii. Et reuersi qui missi fuerant do-
mum: inuenerũt seruũ qui languerat
sanũ. Et factũ est deinceps ibat ihesus

in ciuitatem que vocat naym: et ibant
cum eo discipuli eius ⁊ turba copiosa.
Cum aũt appropiquaret porte ciuita-
tis: ecce defunctus efferebatur filius uni-
cus matris sue. Et hec uidua erat: et
turba ciuitatis multa cum illa. Quã
cum uidisset dñs: misericordia mo-
tus super eã dixit illi. Noli flere. Et accessit:
et tetigit loculũ. Hij aũt qui portabãt
steterũt. Et ait. Adolescens tibi dico sur-
ge. Et resedit qui erat mortuus: ⁊ cepit
loqui: et dedit illũ matri sue. Accepit
aũt omnes timor: et magnificabant
deum dicentes. Quia profeta magnus
surrexit in nobis: ⁊ quia deus visitauit
plebem suã. Et exiit hic sermo in uni-
uersam iudam de eo: et omnẽ circa re-
gionẽ. Et nũciauerũt iohãni discipu-
lus de omnibus hijs. Et conuocauit
duos de discipulis suis iohannes: et
misit ad ihesum dicens. Tu es q̃ uen-
turus es - an alium expectamus? Cũ aũt
uenissent ad eum uiri dixerunt. Iohã-
nes baptista misit nos ad te dicens.
Tu es qui ueturus es an aliũ expectam-
us? In ipsa aũt hora multos curau-
it a languoribus suis et plagis: et spi-
ritibus malis: ⁊ ceis multis donauit
uisum. Et respondens dixit illis. Eun-
tes renũciate iohanni que audistis ⁊
uidistis. Quia ceci uident claudi am-
bulant - leprosi mundantur: surdi audi-
unt - mortui resurgent - pauperes euan-
gelizant: et beatus est quicũq; nõ fue-
rat scãdalizatus in me. Et cum discessi-
sent nuncij iohãnis: cepit de iohanne
dicere ad turbas. Quid existis in dese-
rtum uidere? Arundinẽ uento agitatã?
Sed q̃d existis uidere? Hominẽ mollibus
uestimẽtis induto? Ecce qui in uestis pre-
ciosis sunt et deliciis - i domibus regũ sunt.
Sed quid existis uidere? Profeta?
Etiã dico uobis: et plus q̃ profeta?
Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto
angelũ meũ ante faciem tuã: qui ꝓpa-
rabit uiam tuã ante te. Dico enim uo-
bis: maior inter natos mulierũ. profe-
ta iohãne baptista nemo est. Qui aũt
minor est in regno dei maior est illo.
Et omnis plus audiens - et publica-
ni iustificauerũt deum - baptizati ba-
ptismo iohãnis. Pharisei aũt ⁊ legis
periti - consiliũ dei spreuerunt in semet
ipsos: nõ baptizati ab eo. Ait autem
dñs. Cui ergo similes dicam homines
generationis huius: et cui similes sunt?
Similes sũt pueris sedentibus i foro: et
loquentibus ad inuicem et dicentibus. Can-
tauimus uobis tibijs et non saltastis:
lamentauimus ⁊ non plorastis. Venit
aũt iohãnes baptista neq; mãducãs
panem neq; bibens uinũ: et dicitis. De-
moniũ habet. Venit filius hois man-
ducãs ⁊ bibens: et dicitis. Ecce homo
deuorator: et bibens uinũ amicus pu-
blicanorũ et peccatorũ. Et iustificata est
sapientia ab omnibus filijs suis. Ro-
gabat aũt illũ quidã de pharisis ut
mãducaret cum illo. Et ingressus do-
mum pharisei discubuit. Et ecce mu-
lier que erat in ciuitate peccatrix: ut cog-
nouit q̃ accubuit in domo pharisei
attulit alabastrũ unguentis stans re-
tro secus pedes eius lacrimis cepit riga-
re pedes eius - et capillis capitis sui tergebat
⁊ osculabat pedes eius et unge-
bat unguento. Videns aũt pharisius q̃
uocauerat eũ: ait intra se dicens. Hic si
esset profeta: sciret utique que ⁊ qualis
mulier que tangit eum: quia peccatrix
est. Et respondens ihesus dixit ad il-
lum. Simon: habeo tibi aliquid dic-
ere. At ille ait. Magister dic. Duo de-
bitores erant cuidam fenoratori: unus

debebat denarios quingentos: et ali-
us quinquaginta. Non habentibus
illis unde redderent: donauit utrisq;
Quis ergo eum plus diligit? Respon-
dens simon dixit. Estimo: quia is cui
plus donauit. At ille dixit ei. Recte iu-
dicasti. Et conuersus ad mulierem di-
xit simoni. Vides hãc mulierem? In-
trauit in domũ tuã: aquã pedibus meis
non dedisti: hec aũt lacrimis rigauit
pedes meos - ⁊ capillis suis tersit. Osc-
ulũ michi non dedisti: hec aũt ex quo
intrauit nõ cessauit osculari pedes me-
os. Oleo caput meũ non unxisti: hec
aũt unguento unxit pedes meos. Pro-
pter q̃d dico tibi. Remittunt ei peccata
multa: quoniã dilexit multũ. Cui aũt
minus dimittitur minus diligit. Di-
xit aũt ad illã. Remittunt tibi peccata.
Et ceperũt qui simul accumbebant di-
cere intra se. Quis est hic qui etiã pecca-
ta dimittit? Dixit aũt ad mulierẽ. Fides
tua te saluã fecit. Vade in pace. Oiij.
Et factũ est deinceps - ⁊ ipse iter faci-
ebat per ciuitates et castella iudi-
cans ⁊ euangelizans regnũ dei: ⁊ duo-
decim cum illo - et mulieres aliquot q̃
erant curate a spiritibus malignis et
infirmitatibus: maria que uocat ma-
gdalene - de qua septem dmonia egre-
rant - ⁊ iohãna uxor chuze procuratoris
herodis - et susanna et alie multe que
ministrabant ei de facultatibus suis.
Cum aũt turba plurima conuenisset:
et de ciuitatibus festinarẽt ad eũ: dixit p
similitudinẽ. Exiit q̃ seminat seminã
re semen suũ. Et dum seminat aliud
cecidit secus uiam - et conculcatũ est: et
volucres cęli comederunt illud. Et ali-
ud cecidit supra petram - ⁊ natũ aruit:
quia non habebat humorem. Et ali-
ud cecidit inter spinas: et simul exorte
spine suffocauerũt illud. Et aliud cecidit
in terram bonã: et ortũ fecit fructũ
centuplũ. Hec dicens clamabat. Qui
habet aures audiendi audiat. Interro-
gabãt aũt eum discipuli eius: q̃ esset
hec parabola. Quibus ipse dixit. Vobis
datum est nosse misteriũ regni dei:
ceteris aũt in parabolis: ut videntes
non videãt - ⁊ audientes nõ intelligãt.
Est aũt hec parabola. Semen est ver-
bum dei. Qui aũt secus uiã - hij sunt
qui audiũt: deinde uenit diabolus ⁊
tollit uerbũ de corde eorũ - ne credentes
salui fiant. Nam qui supra petram:
qui cũ audierint cum gaudio suscipi-
unt uerbũ. Et hij radices non habẽt:
quia ad tempus credũt - et in tempore
temptationis recedunt. Quod aũt in
spinas cecidit: hij sunt qui audierunt
et a sollicitudinibus et diuitijs et volu-
ptatibus uite euntes suffocantur: ⁊ non
referunt fructũ. Quod aũt in bonam
terrã: hij sunt qui i corde bono et opti-
mo audientes uerbũ retinent: ⁊ fructũ
afferunt in patientia. Nemo aũt lucer-
nam accendens operit eam uase - aut
subtus lectũ ponit: sed supra candela-
brum ponit: ut intrantes uideant lu-
men. Non est enim occultũ q̃d nõ ma-
nifestetur: nec absconditũ q̃d non cog-
noscatur - ⁊ in palam veniat. Vide-
te ergo quid audiatis. Qui enim habet
dabitur illi: et quicũq; non habet:
etiam q̃d putat se habere auferetur ab
illo. Venerũt aũt ad illũ mater et fra-
tres eius - ⁊ non poterant adire ad eum
pre turba. Et nuntiatũ est illi. Mater
tua ⁊ fratres tui stant foris: volentes
te videre. Qui respondens dixit ad eos.
Mater mea ⁊ fratres mei hij sunt: qui
verbũ dei audiũt et faciũt. Factũ est aũt
i una die: et ipse ascendit i nauiculã.

et discipuli eius: et ait ad illos. Trans[illegible]
mus trans stagnū. Et ascendēdēt.
Et navigantibus illis obdormivit: et
descendit procella venti in stagnū: ⁊
rompebatur et periclitabant. Acce-
dentes autem suscitaverūt eū dicentes.
Preceptor perimus. At ille surgens in-
crepavit ventū et tempestatem aque et
cessavit: ⁊ facta est tranquillitas. Dixit
autem illis. Ubi est fides vestra? Qui
timentes mirati sunt ad invicem dicen-
tes. Quisnam hic est? Quia et venti
et mari imperat ⁊ obediunt ei. Et na-
vigaverūt ad regionē gerasenorū: q̄
est contra galileā. Et cum de navi e-
gressus esset ad terram occurrit illi vir
quidā q̄ habebat demoniū iā ēporibus
multis: et vestimēto non induebatur:
neq; in domo manebat sed in monu-
mentis. Is ut vidit ihesum prodit an-
te illū: et clamās voce magna dixit.
Quid michi ⁊ tibi est ihesu fili dei altis-
simi? Obsecro te: ne me torquas. Pre-
cipiebat enim spiritui immundo: ut e-
geret ab homine. Multis enī temporibus
arripiebat illū: ⁊ vinciebat catheni-
is ⁊ cōpedibus custodiēbat: et rupto vin-
culo agebatur a demonio in deserta.
Interrogavit autē illū ihesus dicens.
Quod tibi nomē est? At ille dixit. Le-
gio. Quia introierāt demonia multa
in eum. Et rogaverūt illū: ne imperet
eis ut in abissum irent. Erat autē
ibi grex porcorū multorū pascentū in
monte: et rogabāt eū ut permitteret
eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exi-
erunt ergo demonia ab homine: et in-
traverunt in porcos: et impetu abiit
grex p̄ ēpēs i stagnū: ⁊ suffocatē est.
Qui ut viderūt factū q̄ pascebant fuge-
runt: ⁊ nunciaverūt in civitatē et i vil-
las. Exierūt autē videre qd factū est: et
venerūt ad ihesum: ⁊ invenerūt homi-
nem sedentem a quo demonia egresa
vestitū: ac sana mente ad pedes eius:
et timuerūt. Vidēt autem illis et q̄
vidserant: quomō sanus factus esset a
legione. Et rogaverūt illū omnis mul-
titudo gerasenorū: ut discederet ab ipsis:
quia magno timore tenebant. Ipse
autē ascendens navim reversus est. Et
rogabat illū vir: a quo demonia egre-
sa erant ut cum eo esset. Dimisit autē eū
ihesus dicens. Redi in domū tuam: et
narra quāta tibi fecit deus. Et abiit p
universam civitatē p̄dicans: quanta
illi fecisset ihesus. Factū est autē cū redi-
sset ihesus: recepit illū turba. Erāt autē
omnes expectantes eum. Et ecce venit
vir cui nomē iairus et ipse princeps sy-
nagoge erat: et cecidit ad pedes ihesu:
rogans eū ut intraret in domū eius:
quia unica filia erat ei fere annorū du-
odecim: et hec moriebat. Et contigit
dum ire: a turbis comprimebat. Et
mulier quedā erat in fluxu sanguinis
ab ānis duodecim: que in medicos e-
rogaverat omnē substantiā suā: nec
ab ullo potuit curari. Accessit retro et
tetigit fimbriā vestimēti eius: ⁊ cōstitim
fecit fluxus sanguinis eius. Et ait ihe-
sus. Quis est qui me tetigit? Negantibus
autē omnibus: dixit petrus et qui cū
illo erāt. Preceptor: turbe te cōprimūt
et affligūt: ⁊ dicis quis me tetigit? Et
dixit ihesus. Tetigit me aliquis. Nā
et ego novi virtutem de me exisse. Vi-
dens autē mulier quia nō lauēt: tremēs
venit ⁊ procidit ante pedes eius: et ob
quā causam tetigerit eū indicavit co-
ram omni plebe: et quādmodū cōfesti
sanata sit. At ipse dixit ei. Filia: fides
tua te saluā fecit. Vade i pace. Adhuc
illo loquēte: venit quidā ad principē

synagoge dicēs ei quia mortua ē filia
tua: noli vexare illum. Ihesus autē au-
dito hoc verbo: respōdit patri puelle.
Noli timere. Credē tantū: et salua erit.
Et cum venisset domū: non permisit
intrare secū quemq; nisi petrū et iacobū
et iohānem: et patrem et matrem puel-
le. Flebāt autē omnes: et plangebant
illā. At ille dixit. Nolite flere. Non est
mortua puella sed dormit. Et deridē-
bant eū: sciētes q̄a mortua esset. Ipse
autem tenens manū eius clamavit
dicens. Puella surge. Et reversus est
spiritus eius: et surrexit continuo. Et
iussit illi dare manducare. Et stupe-
runt parentes eius: quibus precepit ne
alicui dicerent quod factū erat. ¶

Convocatis autē ihesus duodecim
apōs: dedit illis virtutem et po-
testatem sup omnia demonia: et ut lan-
guores curarent. Et misit illos p̄dica-
re regnū dei: ⁊ sanare infirmos. Et ai-
it ad illos. Nichil tuleritis in via ne-
q; virgā neq; peram: neq; panem neq;
pecuniā: neq; duas tunicas habeatis.
Et i quācunq; domū intraveritis ibi
manete: ⁊ inde ne egrediamini. Et quicunq;
non receperint vos: egredimini de civita-
te illa etiā pulverem pedū vestrorū ex-
utite in testimoniū supra illos. Egressi
autē circuibāt per castella: evangelizā-
tes ⁊ curantes ubiq;. Audivit autem
herodes tetrarcha omnia que fiebant
ab eo: et hesitabat eo q̄ diceret a qui-
busdā quia iohānes surrexit a mortu-
is: a quibusdā vero quia helyas apparu-
it: ab alijs autē quia ysaya unus
de antiquis surrexit. Et ait herodes.
Iohānem ego decollavi. Quis ē autē
iste de quo ego talia audio? Et quere-
bat videre eū. Et reversi apli narraverūt
illi quecunq; fecerūt: et assumptis illis
secessit seorsum i locū desertū: q̄ ē bethsa-
ide. Odē cognoscentes turbe secuti sūt
illū: ⁊ excepit illos ⁊ loquebat illis de
regno dei: ⁊ eos qui cura indigebant
sanabat. Die autē cepit declinare.
Et accedentes duodecim dixerunt illi.
Dimitte turbas: ut euntes in castella
villasq; que circa sunt diverterāt ⁊ inve-
niāt escas: quia hic in loco deserto su-
mus. Ait autē ad illos. Vos date illis
manducare. At illi dixerūt. Non sūt
nobis plus q̄ quinq; panes et duo pi-
sces: nisi forte nos eamus et emamus
omnē hanc turbā escas. Erant autē
fere viri quinq; milia. Ait autē ad disci-
pulos suos. Facite illos discumbere
per cōvivia quinquagenos: et ita fece-
runt. Et discubuerūt omnes. Acceptis
autē quinq; panibus et duobus piscibus
respexit in celū et benedixit illis: et fre-
git et distribuit discipulis suis: ut ponerent
ante turbas. Et mānducaverūt o-
mnes: et saturati sunt. Et sublatū est
quod superfuit illis fragmentorū cophi-
ni duodecim. Et factū est cū solus esset
orās: erant cum illo ⁊ discipuli: et inter-
rogavit illos dicens. Quem me dicūt
esse turbe? At illi respondentes dixe-
runt iohānem baptistā: alij autē helyā:
alij vero quia unus ex priori-
bus surrexit. Dixit autē illis. Vos au-
tem quem me esse dicitis? Respondens
simon petrus dixit. Christū dei. At ille
increpans illos precepit ne cui diceret
hoc: dicens. Quia oportet filium hoīs
multa pati et reprobari a senioribus
et principibus sacerdotū ⁊ scribis et oci-
di: et tertia die resurgere. Dicebat autē
ad omnes. Si quis vult post me ve-
nire: abneget semetipm: et tollat crucē
suā quotidie: et sequat me. Qui enim
voluerit animā suā saluā facere perde

illã. Nam qui pdiderit animã suam
propter me: saluã faciet illã. Quid enĩ
proficit homo si lucretur uniuersum
mundũ: se aũt ipm ydat ⁊ detrimẽtũ
sui faciat? Nam q̃ me erubuerit et me-
os sermones: hunc filius hominis e-
rubescet cum uenerit in maiestate sua
et patris et sanctorũ angelorũ. Dico
aũt vobis: uere sunt aliqui hic stãtes
qui nõ gustabãt mortem donec vide-
ant regnũ dei. Factũ est aũt post hec
verba fere dies octo: et assumpsit petrũ
et iacobum et iohãnem: et ascendit in
montẽ ut oraret. Et factũ ẽ dum ora-
ret: species vultus eius altera ⁊ vestis
eius albus et fulgens. Et ecce duo uiri
loquebantur cũ illo. Erant aũt moyses
et helyas visi in maiestate: et dicebãt
excessum eius · quem completurus erat
in ierusalẽ. Petrus uero ⁊ qui cũ illo
grauati erant somno. Et euigilantes
uiderũt maiestatẽ eius: et duos viros
qui stabãt cum illo. Et factũ est cum
discederent ab illo: ait petrus ad ihe-
sum. Preceptor bonũ est nos hic esse:
et faciamus tria tabernacula: unũ tibi: et
unũ moysi: et unũ helye. Nesciens q̃d
diceret. Hec aũt illo loquente: facta est
nubes et obumbrauit eos: et timuerũt
intrantibus illis in nubẽ. Et vox facta
est de nube dicens. Hic est filius meus
dilectus: ipsũ audite. Et dũ fieret vox
inuentus ẽ ihesus solus: et ipsi tacuerũt:
et nemini dixerũt in illis diebus quicq̃
ex hijs que viderant. Factũ est aũt in
sequenti die descendẽtibus illis de monte:
occurrit illis turba multa. Et ecce vir
de turba exclamauit dicens. Magister
obsecro te: respice ĩ filiũ meũ q̃a unus
est michi. Et ecce spiritus apẽhendit eũ
et subito clamat: et elidit et dissipat eũ
cum spuma: et vix discedit dilaniãs
eum. Et rogaui discipulos tuos ut ei-
cerent illũ: et nõ potuerũt. Respondens
aũt ihesus dixit. O generatio infidelis
et peruersa: usq̃quo ero apud vos ⁊ pa-
tiar vos? Adduc huc filiũ tuũ. Et dũ
accederet: elisit illũ demonũ et dissipa-
uit. Et increpauit ihesus spiritũ immũ-
dum ⁊ sanauit puerũ: ⁊ reddidit illũ pa-
tri eius. Stupebãt aũt omnes ĩ magnifi-
centia dei: omnibus q̃ mirãtibus in omni-
bus que faciebat: dixit ad discipulos suos.
Ponite vos in cordibus vestris sermo-
nes istos. Filius enim hominis futurũ est
ut tradat ĩ manus hominũ. Et illi
ignorabãt verbũ istud: et erat velatũ
ante eos ut non sentirent illud: ⁊ timu-
bant eũ interrogare de hoc verbo. In-
trauit aũt cogitatio in eos: quis eorũ
maior esset. Et ihesus videns cogita-
tiones cordis illorũ apẽhendit puerũ:
et statuit illũ secus se: ⁊ ait illis. Qui-
cunq̃ susceperit puerũ istũ in nomine
meo me recipit. Et quicunq̃ me re-
ceperit: recipit eum qui me misit. Nam
qui minor est inter omnes vos: hic ma-
ior est. Respondens aũt iohãnes dixit.
Preceptor vidimus quidam in nomi-
ne tuo eicientem demonia: ⁊ prohibuimus
eũ: quia nõ sequit nobiscũ. Et ait ad
illos ihesus. Nolite prohibere. Qui mi
non ẽ aduersũ vos pro vobis est. Fa-
ctum est aũt dũ cõplerent dies assum-
ptionis eius: et ipse faciẽ suã firmauit
ut iret ierusalẽ. Et misit nũcios ante
cõspectũ suũ: et euntes intrauerũt ĩ ciui-
tatem samaritanorũ ut paratent illi.
Et nõ receperũt eũ: q̃a faciem eius erat
euntis ierusalem. Cum uidissent au-
tem discipuli eius iacobus et iohan-
nes dixerunt. Domine vis dicimus ut
ignis descendat de celo: et cõsumat il-
los? Et conuersus increpauit illos dicẽs.

Nescitis cui spiritui estis. Filius ho-
minis nõ venit animas perdere sed sa-
nare. Et abierũt ĩ aliud castellũ. Factũ
est aũt ambulantibus illis in via: dixit
quidã ad illũ. Sequar te quocunq̃
ieris. Dixit illi ihesus. Vulpes foueas
habent ⁊ volucres celi nidos: filius aũt
hoĩs nõ habet vbi caput suũ reclinet.
Ait autẽ ad alterũ. Sequere me. Ille
aũt dixit. Domine: permitte mihi pri-
mum ire ⁊ sepelire patrem meũ. Dixit
eĩ ihesus. Sine ut mortui sepeliãt
mortuos suos: tu aũt vade ⁊ annũcia
regnũ dei. Et ait alter. Sequar te dũe:
sed permitte michi p̃mũ renũciare his
qui domi sunt. Ait ad illũ ihesus. Ne-
mo mittens manũ suam ad aratrũ ⁊
aspiciẽs retro-apt̃ est regno dei. ⁊

Post hec aũt deliguauit dũs ⁊ a-
lios septuaginta duos: et misit
illos binos ante faciẽ suã ĩ omnẽ ciui-
tatẽ ⁊ loci quo erat ipse venturus. Et
dicebat illis. Messis quidem multa:
operarij aũt pauci. Rogate ergo do-
minũ messis: ut mittat operarios in
messem suã: ecce ego mitto vos sicut
agnos inter lupos. Nolite portare sac-
culũ neq̃ peram neq̃ calciamẽta: et ne-
minẽ per viã salutaueritis. In quan-
cunq̃ domũ intraueritis · primũ dic-
te pax huic domui: et si ibi fuerit filius
pacis · requiescet super illũ pax vestra: sin aũt
ad vos reuertetur. In eadem aũt do-
mo manete: edentes et bibentes q̃ apud
illos sunt. Dignus est enĩ operarius
mercede sua. Nolite transire de domo
in domũ. Et in quãcunq̃ ciuitatẽ in-
trauerĩtis ⁊ susceperint vos manducate
que apponuntur vobis: et curate in-
firmos qui in illa sunt: et dicite illis
appropinquabit in vos regnum dei.
In quãcunq̃ aũt ciuitatẽ intrauerĩtis
et non susceperint vos: egressi ĩ pla-
teas eius dicite. Etiã puluerem q̃ adhesit
nobis de ciuitate vestra extergimus in
vos. Tamẽ hoc scitote quia appropin-
quabit regnũ dei. Dico vobis: quia
sodomis in die illa remissius erit q̃ ill-
i ciuitati. Ve tibi corozayn ue tibi
bethsayda: quia si in tyro et sydone fa-
cte fuissent virtutes q̃ facte sũt ĩ vobis
olim in cilicio ⁊ cinere sedẽres penitere-
rẽt. Verũtamẽ tyro et sydoni remissius erit
ĩ iudicio q̃ vobis. Et tu capharnaũ
usq̃ ad celũ exaltata: usq̃ ad infernũ
deprimeris. Qui vos audit me audit:
et qui vos spernit me spernit. Qui au-
tem me spernit: spernit eum q̃ me misit.
Reuersi sunt aũt septuaginta duo cũ
gaudio dicentes. Dũe: etiã demonia
subiciũtur nobis in nomine tuo. Et ait
illis. Videbã sathanan sicut fulgur
de celo cadentẽ. Ecce tradi vobis potestã-
tem calcãdi supra serpẽtes ⁊ scorpiones
et supra omnẽ virtutem inimici: et ni-
hil vobis nocebit. Verũtamẽ in hoc
nolite gaudere: quia spiritus vobis sub-
icuntur. Gaudet aũt: in ipsa hora exul-
tauit in spiritu sancto ⁊ dixit. Confite-
or tibi dne pater celi ⁊ terre: q̃ abscondi-
sti hec a sapientibus ⁊ prudẽtibus: et re-
uelasti ea paruulis. Etiã pater: quoni-
am sic placuit ante te. Omnia michi tra-
dita sũt a patre meo. Et nemo scit q̃s
sit filius nisi pater: ⁊ quis sit pater nisi
filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Et
conuersus ad discipulos suos dixit. Be-
ati oculi qui vidant q̃ vos videtis. Di-
co enim vobis: q̃ multi ꝓphete et reges
voluerũt videre q̃ vos videtis et non
viderũt: ⁊ audire q̃ auditis ⁊ nõ audi-
erũt. Et ecce quidã legisperitus surrexit
temptans illũ ⁊ dicens. Magister: q̃d

faciendo vitã æternã possidebo? At ille dixit ad eũ. In lege quid scriptũ est? Quomodo legis? Ille respondens dixit. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo & ex tota anima tua. & ex omnibus viribus tuis & ex omni mente tua: et proximũ tuũ sicut seipm. Dixitq; illi. Recte respondisti. Hoc fac & viues. Ille autẽ volẽs iustificare seipm dixit ad ihesum. Et quis ẽ meus proximus? Suscipiens autẽ ihesus dixit. Homo quidã descendebat ab ihesiu i ierichu et incidit i latrones: q̃ etiã dispoliauerũt eũ: & plagis impositis abierũt semiuiuo relicto. Accidit ut sacerdos quidã descenderet eadẽ via: et viso illo pterijt. Similiter et leuita: cum esset sec̃ locũ et videret eũ pteriit. Samaritanus autẽ quidã iter faciẽs venit secus eũ: et videns eum misericordia motus ẽ. Et appropians alligauit vulnera eius: infundens oleũ & vinũ: et imponens illum in iumentũ suũ duxit i stabulũ: et curã eius egit. Et altera die protulit duos denarios: & dedit stabulario & ait. Curã illius habe: & qcunq; superogaueris ego cum rediero reddã tibi. Quis horũ triũ videtur tibi. proximus fuisse illi. qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiã i illũ. Et ait illi ihesus. Vade: et tu fac similiter. Factũ est autẽ dũ iretur et ipe intrauit i quoddã castellũ: & mulier quedã martha nomine excepit illũ i domũ suã: & huic erat soror nomine maria. Que etiam sedens secus pedes dñi audiebat verbum illius: martha autẽ satagebat circa frequens ministeriũ. Que stetit & ait. Dñe: non ẽ tibi cure q̃ soror mea reliquit me solã ministrare? Dic ergo illi ut me adiuuet. Et respondẽs dixit illi dominus. Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro unũ ẽ necessariũ. Maria optimã partem elegit: q̃ nõ auferet ab ea.

Et factũ est cum esset in quodam loco orãs: ut cessauit dixit ad eũ q̃ discipulis eius ad eum. Domine doce nos orare: sicut docuit iohannes discipulos suos. Et ait illis. Cũ oratis dicite. Pater sanctificetur nomẽ tuũ: adueniat regnũ tuũ: panẽ nr̃m quotidianũ da nobis hodie: & dimitte nobis peccata nr̃a siquidẽ et nos dimittimus omnibus nr̃is: & ne nos inducas i temptationẽ. Et ait ad illos. Quis vestrũ habebit amicũ et ibit ad illum media nocte & dicet illi amice cõmoda michi tres panes. quoniã amicus meus venit de via ad me. et non habeo q̃ ponã ante illũ: & ille deintus respondens dixit. noli michi molestus esse. iã ostiũ clausum est. & pueri mei mecum sunt in cubili. non possum surgere et dare tibi? Et ille si perseuauerit pulsãs: dico vobis. & si nõ dabit illi surgens eo q̃ amicus ei? sit: pter improbitatem tamen eius surget. & dabit illi quot habet necessarios. Et dico ego vobis. Petite & dabit vobis: querite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Omis enim q̃ petit accipit: & q̃ querit inuenit: et pulsanti aperietur. Quis autẽ ex vobis patrem petit panẽ: numquid lapidem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpentẽ dabit illi? Aut si petierit ouũ: numquid porriget illi scorpionẽ? Si ergo vos cũ sitis mali nostis bona data dare filijs vr̃is: quãto magis pater vester celestis de celo dabit bonũ spiritũ petentibus se. Et erat eiciens demonium & illud erat mutũ: et cum eiecisset demonium locutus ẽ mutus: et admirate sunt turbe. Quidã autẽ

ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorũ eicit demonia. Et alij tentantes: signũ querebant ab eo. Ipse autẽ ut vidit cogitationes eorũ dixit eis. Omne regnũ in seipm divisum desolabitur: & domus supra domũ cadet. Si autẽ et sathanas in seipm divisus est. quomõ stabit regnũ eius: quia dicitis i beelzebub eicere me demonia? Si autẽ ego in beelzebub eicio demonia: filij vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erũt. Porro si in digito dei eicio demonia: pfecto peruenit i vos regnũ dei. Cum fortis armatus custodit atriũ suũ: in pace sunt ea que possidet. Si autẽ fortior eo superueniens uicerit eũ: omnem armaturã eius auferet in quibus cõfidebat: & spolia eius distribuet. Qui nõ est mecũ cõtra me ẽ: et q̃ non colligit mecũ dissipat. Cũ immũdus spiritus egredit de homine ambulat per loca inaquosa. querẽs requiẽ: et non inueniẽs dicit. Reuertar in domum meã unde egressus sum. Et cum venerit inuenit eã scopis mundatã. Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secũ nequiores se: & ingressi habitant ibi. Et fiũt nouissima hois illius priora prioribus. Factũ est autẽ cum hec diceret: extollens vocẽ quedã mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera q̃ suxisti. At ille dixit. Quinymmo beati qui audiũt verbũ dei: et custodiunt illud. Turbis cõcurrentibus cepit dicere. Generatio hec generatio nequa est: signũ querit & signũ non dabitur ei nisi signũ Ione. Sicut fuit Ionas signũ ninuitis: ita erit filius hominis generationi isti. Regina austri surget i iudicio cũ viris generationis huius & condemnabit illos: quia venit a finibus terre audire sapienciã salomonis. Et ecce plus q̃ salomon hic. Viri ninuite surgent in iudicio cũ generatione hac & condemnabũt illã: quia penitentiã egerunt in ꝓdicatione Ione. Et ecce plus q̃ Iona hic. Nemo lucernã accendit et in abscondito ponit neq; sub modio sed supra candelabrũ: ut qui ingrediũtur lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex. totũ corpus tuũ lucidũ erit: si autẽ neqũ fuerit. etiam corpus tuũ tenebrosũ erit. Vide ergo ne lumẽ q̃ i te ẽ tenebre sint. Si ergo corpus tuũ totũ lucidũ fuerit. non habens aliquã partẽ tenebrarũ: erit lucidum totũ. Et sicut lucerna fulgore illuminabit te. Et cũ loqueret: rogauit illũ quidã pharisei? ut prãderet apud se. Ihesus autem ingressus recubuit. Pharisius autẽ cepit intra se reputãs dicere: quare nõ baptizatus esset ante prandiũ. Et ait dñs ad illum. Nunc vos pharisei q̃ de foris est calicis. et cathini mũdatis: q̃ autẽ intus ẽ plenũ est rapina & iniquitate. Stulti: nõne qui fecit q̃ de foris est. etiam id quod de intus est fecit? Verũtamẽ q̃ superest date elimosinã: et ecce omnia mundata sunt vobis. Sed ve vobis pharisiis qui decimatis mentã et rutam & omne olus: & preteritis iudiciũ & caritatem dei. Hec autẽ oportuit facere: et illa nõ omittere. Ve vobis pharisei: quia diligitis primas cathedras i synagogis. et salutationes i foro. Ve vobis quia estis ut monumẽta q̃ nõ apparent. et homines ambulãtes supra. nesciũt. Respondens autẽ quidam ex legisperitis ait illi. Magister: hec dicens etiã cõtumeliã nobis facis. At ille ait. Et vobis legisperitis ve: quia onerastis homines onerib̃ q̃ portare

non possunt: et ipi uno digito uestro
non tangitis sarcinas. Ve uobis q̃
edificatis monumenta ꝓphetarũ: pa-
tres autem uestri occiderũt illos. Sed
profecto testificamini q̃ consentitis o-
peribus patrũ uestroꝝ: quoniãquidem
ipi eos occiderũt: uos aũt edificatis s-
orũ sepulcra. Propterea et sapientia
dei dixit. Mittã ad illos ꝓphetas ⁊ a-
postolos et ex illis occidẽt ⁊ persequent:
ut inquiratur sanguis omniũ ꝓphe-
tarũ q̃ effusus est a constitutione mũdi
a generatione ista: a sanguine abel
usq; ad sanguinẽ zacharie q̃ perijt inter
altare et dẽ. Ita dico uobis: requirẽ
ab hac generatione. Ve uobis legisp-
ritis qui tulistis clauem scientie: ipi
non introiistis: et eos qui introibant
prohibuistis. Cum aũt hec ad illos
diceret: cepẽrũt pharisei ⁊ legispiti gra-
uiter insistere: ⁊ os eꝰ oppimere de mul-
tis insidiantes ei: et querentes aliqd
capere de ore eiꝰ: ut accusarẽt eũ. XII

Multas aũt turbis cõcurrentibus
ita ut se invicem conculcarẽt: ce-
pit dicere ad discipulos suos. Attendi-
te a fermento pharisaeoꝝ q̃d est ypocri-
sis. Nichil enim operti est q̃d non reue-
letur: neq; absconditũ q̃d non sciatur.
Quoniã que in tenebris dixistis: i lu-
mine dicũt: et q̃d in aure locuti estis
in tabulis: ꝓdicabitur i tectis. Dico
aũt uobis amicis meis ne timeatis
ab hijs qui occidũt corpus: ⁊ post hec
nõ habent ampliꝰ quid faciãt. Osten-
dam aũt uobis q̃ timeatis. Timete
eum: qui postq̃ occiderit: habet pote-
statem mittere i gehennã. Ita dico uo-
bis: hunc timete. Nõne quinq; passer
ueneũt dipondio: et unus ex illis nõ
est i obliuione coram deo? Sed et capil-
li capitis uestri omnes numerati sunt.
Nolite ergo timere: multis passeribus
pluris estis. Dico aũt uobis: omnis
quicunq; confessus fuerit me coram ho-
minibus: ⁊ filius hominis confitebit
illi coram angelis dei. Qui aũt negaue-
rit me coram hominibus: negabitur
coram angelis dei. Et omnis qui dixit
uerbũ in filiũ hois remittetur ei: ei aũt
qui in spiritũ sanctũ blasphemauerit
non remittetur. Cum auẽ inducerent
uos in synagogas: et ad magistratus
et potestates: nolite solliciti esse qualis-
ue aut quid respondeatis aut quid di-
catis. Spiritus enim sanctus docebit
uos in ipsa hora: quid oportet uos
dicere. Ait aũt ei quidã de turba. Ma-
gister dic fratri meo: ut diuidat mecũ
hereditatem. At ille dixit ei. Homo:
quis me cõstituit iudicem aut diuisor
supra uos? Dixitq; ad illos. Vi-
dete ⁊ cauete ab omni auaricia: quia
non in abundantia cuiusq; uita est ex
hijs que possidet. Dixit aũt similitu-
dinẽ ad illos dicens. Hois quidã di-
uitis ubertas fructus agri attulit: ⁊ co-
gitabat intra se dicens. Quid faciam:
q̃ nõ habeo quo cõgregam fructꝰ me-
os? Et dixit. Hoc faciã. Destruã hor-
rea mea: et maiora faciã: et illuc con-
gregabo omnia que nata sunt michi
et bona mea: et dicã anime mee. Ani-
ma: habes multa bona posita in an-
nos plurimos: requiesce: comede: bibe:
epulare. Dixit aũt illi deus. Stulte
hac nocte animã tuam reptent a te.
Que autem parasti cuꝰ erit? Sic est
qui sibi thesaurizat: ⁊ non est in deum
diues. Dixitq; ad discipulos suos.
Ideo dico uobis. Nolite sollicitari esse ani-
me uestre quid manducetis: neq; cor-
pori quid induamini. Anima plus
est q̃z esca: ⁊ corpus plus q̃z uestimentũ.

Considerate corbos: q̃a non seminãt
neq; metũt quibus non est cellarũ neq;
horreũ: ⁊ deꝰ pascit illos. Quãtoma-
gis uos pluris estis illis? Quis aũt
uestrum cogitando potest adicere ad
staturã suã cubitũ unũ? Si ergo neq;
quod minimũ est potestis: quid de
ceteris solliciti estis? Considerate lilia
quomõ crescunt. Non laborãt neq;
nent. Dico aũt uobis: nec salomon
in omni gloria sua uestiebatur sicut
unũ ex istis. Si aũt fenũ q̃d hodie est
in agro ⁊ cras in clibanũ mittitur de-
us sic uestit: quãtomagis uos pusil-
le fidei? Et uos nolite querere q̃d man-
ducetis aut quid bibatis: ⁊ nolite in
sublime tolli. Hec aũt omnia gentes
mũdi queritũ. Pater aũt uester scit q̃m
hijs indigetis. Verũtamẽ querite pri-
mum regnum dei ⁊ iusticiam eius: et
hec omnia adicientur uobis. Nolite ti-
mere pusillus grex: quia cõplacuit pa-
tri uestro dare uobis regnũ. Vendite
que possidetis et date elemosinã. Fa-
cite uobis saculos qui nõ veterescũt:
thesaurũ nõ deficientem in celis: q̃ fur
nõ appropiat: neq; tinea corrumpit.
Vbi enim thesaurus uester est: ibi ⁊ cor
uestrũ erit. Sint lubi uestri princti ⁊ lu-
cerne ardentes: ⁊ uos similes hominibus
expectãtibus dõm suã quãdo re-
uertat a nupcijs: ut cũ ueniat ⁊ pulsa-
uerit confestim aperiãt ei. Beati serui
illi: quos cũ ueniet dominꝰ inuenerit
vigilãtes. Amen dico uobis: q̃ pcinc-
get se ⁊ facet illos discũbere: et trans
ministrabit illis. Et si ueniet i secũda
vigilia: et si in tercia vigilia ueniet et
ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc
auẽ scitote: q̃m si scire paterfamilias
qua hora fur ueniret vigilaret utiq;
et nõ sineret fodi domũ suã. Et uos
estote parati: quia qua hora non pu-
tatis filius hominis uenit. Ait aũt
ei petrus. Domine: ad nos dicis hanc
parabolã an ⁊ ad omnes? Dixit aũt
dominꝰ. Quis putas est fidelis dispẽ-
sator et prudẽs: quẽ cõstituit dominꝰ
supra familiã suã ut det illis tẽpore
tritici mensurã? Beatꝰ ille seruus: quẽ
cum venerit dñs inuenerit ita facientẽ.
Vere dico uobis: quoniã supra omni
a que possidet cõstituet illũ. Quod si
dixerit seruus ille in corde suo: morã
facit dominꝰ meꝰ venire: ⁊ cepẽrit pu-
tere seruos ⁊ ancillas et edere et bibere
et inebriari: veniet dominꝰ seruĩ illius
in die qua nõ sperat ⁊ hora qua nesciat
et diuidet eũ: partemq; eius cũ infide-
libus ponet. Ille aũt seruus q̃ cognou-
it voluntatem domini sui et non ꝓpa-
rauit et nõ fecit secũdũ voluntatem eius
vapulabit multis: qui aũt nõ cognou-
erit et fecit digna plagis vapulabit
paucis. Omni aũt cui multũ datũ est
multũ quesitum est ab eo: et cui cõmenda-
uerũt multũ: plus petent ab eo. Ignẽ
veni mittere in terrã: et quid volo nisi
ut accendatur? Baptismũ aũt habeo
baptizari ⁊ quomõ coarctor usq; dũ
pficiat? Putatis q̃a pacem veni mitte-
re in terram? Nõ dico uobis: sed sepa-
rationem. Erunt enim ex hoc quinq;
in domo una diuisi: tres in duos et
duo in tres diuidentur: pater i filium
et filius in patrem suũ: mater in filiã
et filia in matrem: socrus in nurũ suã
et nurus in socrũ suã. Dicebat autem
ad turbas. Cum videritis nubẽ oriẽ-
tem ab occasu statim dicitis nimbus
venit et ita fit: et cum austrũ flantem
dicitis: quia estus erit et fit. Ypocrite
faciẽ celi et terre nostis ꝓbare: hoc au-
tem tempus quomodo non ꝓbatis?

Quid aut re a vobis ipsis nõ iudicatis qd iustũ est? Cum aut vadis cum adversario tuo ad principẖ in via da operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicẖ et iudex tradat te exactori: et exactor mittat te in carcerem. Dico tibi: non exies inde donec etiam novissimum minutum reddas. LIII

Aderant aut quidã ipo in ꝓpore nunciãs illi de galileis: quorũ sanguinẽ pilatus miscuit cũ sacrificiorũ. Et respondens dixit illis. Putatis q̃ hij galilei pre omnib galileis peccatores fuerint quia talia passi sũt? Non dico vobis: sed nisi penitentiam habueritis omnes similiter peribitis sicut illi decem z octo supra quos cecidit turris in siloe z occidit eos. Putatis quia z ipi debitores fuerint pre oũes homines habitantes in ierusalem? Non dico vobis: sed si non penitentiam habueritis omnes similiter peribitis. Dicebat aut z similitudinẽ. Arborem fici habebat quidã plantatã i vinea sua: et venit querens fructũ in illa z non invenit. Dixit aut ad cultorem vinee. Ecce ãni tres sunt q̃ quo venio querens fructũ in ficulnea hac: et non invenio. Succide ergo illã. Vt quid etiã terrã occupat? At ille respondẖ dixit illi. Domine: dimitte illã et hoc anno usq; dum fodiã circa illã z mittam stercora. Et si quidẖ fecerit fructũ: si autem in futurũ succides eã. Erat aut docens in synagoga eorũ sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem z octo: et erat inclinata: nec omino poterat sursum respicere. Quam cũ videret ihesus vocavit eam ad se: et ait illi. Mulier: dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: et confestim erecta est: et glorificabat deum. Respondens aut archisynagogus: indignans qã sabbatis curasset ihesus: dicebat turbe. Hẖ dies sunt in quibus oportet operari. In hijs ergo venite z curamini: et non in die sabbati. Respondens aut ad illũ dñs dixit. Ypocrite unusquisq; vestrũ sabbato nõ soluit bouẽ suũ aut asinũ a presepio et ducit ad aquare? Hanc aut filiã abrahe quã alligavit satanas ecce decem et octo annis: non oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cum hec dicere erubescebãt omnes adversarij eius: et omnis plus gaudebat in universis q̃ gloriosis fiebãt ab eo. Dicebat ergo. Cui similis est regnũ dei: et cui similis estimabo illud? Similis ẽ grano sinapis: qd accepũ homo mittit in ortum suũ z crevit: z factũ est in arborem magnam: et volucres celi requieverũt in ramis eius. Et iterũ dixit. Cui similis estimabo regnũ dei? Similis est fermento qd accepũ mulier abscondit in farine sata tria: donec fermentatũ est totũ. Et ibat p̃ civitates z castella docens: et iter faciens in ierusalẽ. Fit aut illi quidã. Dñe: si pauci sũt q̃ salvãt? Ipe aut dixit ad illos. Contendite intrare per angustã portam: quia multi dico vobis querũt intrare z non poterunt. Cum aut ingressus paterfamilias et clauserit ostiũ et incipietis foris stare et pulsare ostiũ dicentes dñe aperi nobis: et respondens dicet vobis. Nescio vos unde sitis. Tunc incipietis dicere. Manducavimus coram te et bibimus: et in platis nostris docuisti. Et dicet vobis. Nescio vos unde sitis. Discedite a me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus z stridor dentium: cũ videritis abraham et ysaac et iacob et omnes

prophetas in regno dei: vos autem expelli foras. Et venient ab oriente et occidente et aquilone et austro: et accubent in regno dei. Et ecce sunt novissimi qui erunt primi: et sunt primi qui erunt novissimi. In ipa die accesserũt quidã pharisei dicentes illi. Exi et vade hinc: quia herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite et dicite vulpi illi. Ecce eicio demonia z sanitates perficio hodie et cras: et tercia die consumor. Verũtamẽ oportet me hodie z cras et sequenti ambulare: qã nõ capit ꝓphetam perire extra ierusalẽ. Ierusalem ierusalẽ que occidis ꝓphetas et lapidas eos qui mittunẽ ad te. Quoties volui congregare filios tuos quẽadmodũ avis nidũ suũ sub pennis: et noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vra deserta. Dico aut vobis: qã nõ videbitis me donec veniat cũ dicetis: benedictus q̃ venit i nõe dñi. LIIII

Et factũ est cũ ingrederet ihesus in domũ cuiusdam principis pharisei sabbato manducare panem: z ipi observabãt eũ. Et ecce quidã hydropicus erat ante illũ. Et respondens ihesus: dixit ad legispericos z pharisei dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerũt. Ipe vero apẖensum sanavit eũ: ac dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteũ cadet: et non continuo extrahet illũ die sabbati? Et non poterant ad hec respondere illi. Dicebat aũt z ad invitatos parabolam: intendens quomõ primos accubitus eligerent: dicens ad illos. Cum invitatus fueris ad nupcias: non discumbas i primo loco: ne forte honoratior te sit invitatus ab illo: z veniens is qui te et illũ vocavit: dicat tibi da huic locũ: et tunc incipias cum rubore novissimum locũ tenere. Sed cum vocatus fueris vade recumbe in novissimo loco: ut cũ venerit qui te invitavit dicat tibi. Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: quia omnis qui se exaltat humiliabit: et qui se humiliat exaltabit. Dicebat aut z ei qui se invitaverat. Cum facis prandiũ aut cenã: noli vocare amicos tuos: neq; fratres tuos neq; cognatos: neq; vicinos divites: ne forte et ipi te reinvitent: et fiat tibi retributio. Sed cũ facis conviviũ voca pauperes debiles claudos et cecos et beatus eris: qã non habent retribuere tibi. Retribuetur aut tibi in resurrectione iustoꝝ. Hec cũ audisset quidã de simul discũbentibus dixit illi. Beatus qui mãducabit panem in regno dei. At ipe dixit ei. Homo quidã fecit cenã magnã: et vocavit multos. Et misit servũ suũ hora cene dicere invitatis ut venirent: quia iam parata sunt omnia. Et ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei. Villam emi: et necesse habeo exire z videre illã. Rogo te: habe me excusatũ. Et alter dixit. Iuga boũ emi quinq; et eo probare illa. Rogo te: habe me excusatũ. Et alius dixit. Vxorem duxi: et ideo non possum venire. Et revertens servus nunciavit hec dño suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo. Exi cito in platias z vicos civitatis: z pauperes ac debiles z cecos et claudos introduc huc. Et ait servus. Domine: factũ est ut imperasti: et adhuc locus est. Et ait dñs servo. Exi in vias et sepes z compelle intrare: ut impleatur domus mea. Dico aut vobis: q̃ nemo virorũ illorũ qui vocati sunt gustabit cenam meã. Ibant aut cum eo multe

rum eo: et cōuersus dixit ad illos. Si
quis venit ad me et nō odit patrē suū
et matrē. et uxorē et filios et fratres et
sorores. adhuc aūt ⁊ animā suā: nō
potest meus esse discipulus. Et q̄ non
baiulat crucem suā et uenit post me:
non potest meus esse discipulus. Nuis
enim ex uobis volēs turrim edificare
non prius sedēs computat sumptus
qui necessarij sunt. si habeat ad pficē-
dum: ne postea quā posuerit fundamē-
tum. et nō poterit perfere. omnes qui
uidēt incipiant illudere ei dicentes. q̄a
hic homo cepit edificare et nō potuit
consūmare? Aut quis rex iturus cōmite-
re bellū aduersus alium regem: non se-
dens prius cogitat si possit cū decem
milibus occurrere ei. qui cū uiginti mili-
bus uenit ad se? Alioquin adhuc il-
lo lōge agente: legationē mittens ro-
gat ea q̄ pacis sunt. Sic ergo omnis
ex uobis qui non renūciat omnibus
que possidet: non potest meus esse
discipulus. Bonum est sal. Si autem
sal quoq; euanuerit: in quo condi-
tur? Neq; in terram neq; in stercori-
nium utile est: sed foras mittetur. Qui
habet aures audiēdi audiat. LU

Erant autem appropinquātes ei
publicani et peccatores: ut audi-
rent illū. Et murmurabāt pharisei et
scribe dicentes: quia hic peccatores re-
cipit et mādducat cū illis. Et aut ad il-
los parabolā istā dicēs. Quis ex vo-
bis homo qui habet centum oues: et
si pdiderit unā ex illis. nōne dimittit
nonaginta nouem in deserto et uadit
ad illā q̄ peribat donec inueniat eā?
Et cum inuenerit eā. imponit i hume-
ros suos gaudēs: et ueniens domū
cōuocat amicos ⁊ uicinos dicēs illis.
Congratulamini michi: quia inueni
ouē meā q̄ peribat. Dico vobis: ita q̄
gaudiū erit in celo sup uno peccatore
penitentiā agente: q̄ sup nonaginta
nouē iustis qui non indigent peni-
tentia. Aut q̄ mulier habēs dracmas
decem: si pdiderit dracmā unā. nōne
accendit lucernā ⁊ euerrit domū ⁊ que-
rit diligenter. donec inueniat eā? Et
cum inuenerit: conuocat amicas ⁊ vi-
cinas dicēs. Cōgratulamini michi:
quia inueni dracmā quā pdideram.
Ita dico vobis: gaudiū erit corā an-
gelis dei sup uno peccatore penitenti-
am agente. Air aūt. Homo quidam
habuit duos filios: ⁊ dixit adolescen-
tior ex illis patri. Pater: da michi po-
rionē substantie que me contingit. Et
diuisit illis substantiā. Et non post
multos dies cōgregatis omnibus adole-
scentior filius peregre profectus est i regio-
nem lōginquā: ⁊ ibi dissipauit substā-
tiam suā viuendo luxuriose. Et post-
q̄ omnia consūmasset: facta ē fames
valida in regione illa: ⁊ ipse cepit ege-
re. Et abiit et adhesit uni ciuiū regio-
nis illius: ⁊ misit illū in villā suā ut
pasceret porcos. Et cupiebat implere
ventrē suū de siliquis quas porci mā-
ducabāt: ⁊ nemo illi dabat. In se aūt
reuersus dixit. Quanti mercenarij i
domo patris mei abundant panibus:
ego aūt hic fame pereo. Surgam et
ibo ad patrem meū: et dicā ei pater: pe-
cauī in celū ⁊ coram te: iam non sum di-
gnus vocari filius tuus: fac me sicut
unū de mercenarijs tuis. Et surgens
venit ad patrem suū. Cū aūt adhuc
lōge esset. vidit illū pater ipsi⁹: ⁊ mise-
ricordia motus est: ⁊ accurrens cecidit
sup collū eius: ⁊ osculatus est eū. Dixit q̄
ei filius. Pater: pecauī in celū et coram
te: iam non sum digns vocari filius

tuus. Dixit aūt pater ad seruos suos.
Cito. proferte stolam primā. et induite
illū: et date anulū in manū eius: et
calciamēta in pedes eius. Et adduci
te vitulū saginatū ⁊ occidite: ⁊ mādu-
cemus et epulemur: quia hic filius meus
mortuus erat et reuixit: perierat et
inuentus est. Et cepērūt epulari. Erat
aūt filius eius seniior in agro. Et cū ve-
nisset ⁊ appropinquasset domui. audi-
uit symphoniā et chorum: et vocauit
unum de seruis: et interrogauit quid
hec essent. Ipse dixit illi. Frater tuus
venit: et occidit pater tuus vitulum
saginatū: quia saluū illū recepit. In-
dignatus est aūt: et nolebat introire.
Pater ergo illius egressus cepit roga-
re illū. At ille respondens dixit patri
suo. Ecce tot annis seruio tibi: ⁊ nun-
q̄ mandatū tuū preteriui: et nunq̄ edi-
sti michi hedum ut cum amicis meis
epularer. Sed postq̄ filius tuus hic
qui deuorauit substantiā suā cū meretri-
cibus venit: occidisti illi vitulū sagi-
natū. At ipse dixit illi. Fili tu semp me-
cum es: et omnia mea tua sunt. Epula-
ri aūt et gaudere oportebat: quia
frater tuus hic mortuus erat et reui-
xit: perierat et inuentus est. LVI

Dicebat aūt et ad discipulos suos.
Homo quidā erat diues q̄ ha-
bebat villicū: et hic diffamatus est a-
pud illū: quasi dissipasset bona ipius.
Et vocauit illum: et air illi. Quid hoc
audio de te? Redde rationē villicāti-
nis tue. Iam enim non poteris villi-
care. Air aūt villicus intra se. Quid
faciā: quia dominus meus auferet a me
villicationē? Fodere non valeo: men-
dicare erubesco. Scio quid faciā: ut
cum amotus fuero a villicatione: re-
cipiāt me i domos suas. Cōuocatis
itaq; singulis debitoribus dni sui: dice-
bat primo. Quantū debes dno meo?
At ille dixit. Centū cados olei. Dixit
q̄ illi. Accipe rationē tuā: et sede cito
scribe quinquaginta. Deinde alio di-
xit. Tu vero quantum debes? Qui air.
Centū choros tritici. Air illi. Accipe
litras tuas: ⁊ scribe octoginta. Et lau-
dauit dominus villicum iniquitatis q̄a
prudenter fecisset: quia filij huius seculi
prudentiores filijs lucis in generatio-
ne sua sunt. Et ego vobis dico. Fac-
te vobis amicos de mamona iniqui-
tatis: ut cum defecerit recipiant vos
in eterna tabernacula. Qui fideles est
in minimo et in maiori fidelis est: et
qui in modico iniquus est. et in ma-
iori iniquus ē. Si ergo in iniquo mā-
mona fideles non fuistis: q̄d verū est
quis credet vobis? Et si in alieno fide-
les nō fuistis: q̄d vērū ē quis dabit vo-
bis? Nemo seruus potest duobus do-
minis seruire. Aut enim unū odiet ⁊
alter: diliget: aut vni adherebit ⁊ alte-
rum contemnet. Non potestis deo ser-
uire ⁊ mamone. Audiebāt aūt omnia
hec pharisei qui erant auari: et deride-
bant illū. Et air illis. Vos estis q̄ iu-
stificastis vos coram hominibus: deus
aūt nouit corda vestra. Quia q̄d ho-
minibus altum est: abominatio est
ante deū. Lex et prophete usq; ad io-
hannē: ex eo regnū dei euangelizat.
et omnis in illud vim facit. Facilius
est aūt celū et terra preterire: q̄m de lege u-
num apicem cadere. Omis q̄ dimittit
uxorem suā. et alterā ducit mechatur:
et qui dimissam a viro ducit mechat.
Homo quidam erat diues qui indue-
batur purpura ⁊ bisso: ⁊ epulabatur
quotidie splendide. Et erat quidam
mendic⁹ nomine lazarus: qui iacebat

ad ianuā eius ulceribus plenus. cupiens saturari de mīs que cadebāt de mēsa diuitis: ⁊ nemo illi dabat. Ved et canes veniebāt: et lingebāt ulcera eius. Factū est aūt ut morereūr mēdicus: ⁊ portareūr ab angelis in sinū abrahe. Mortu⁹ ē aūt et diues: et sepultus est in inferno. Eleuās aūt oculos suos cū esset in tormentis: vidit abraham a longe: et lazarū in sinu eius: et ipe clamās dixit. Pater abraham miserere mei: et mitte lazarū ut intinguat extremū digiti sui ī aquā: ut refrigeret linguā mēā: quia crucior in hac flāma. Et dixit illi abraham. Fili recordare quia recepisti bona i vita tua: et lazarus similiter mala. Nunc aūt hic cōsolat⁹ ī uero cruciaris. Et in hijs omnibus inter nos et vos chaos magnū firmatū ē: ut hij qui volunt hinc trāsire ad vos nō possint: neq; inde huc trāsuēare. Et ait. Rogo ergo te pater: ut mittas eū ī domū patris mei. Habeo enim quīq; fratres: ut testetur illis ne ⁊ ipi veniāt ī hūc locū tormentoūm. Et ait illi abraham. Habent moysen et ꝓphetas: audiāt illos. At ille dixit. Nō pater abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos penitentiam agent. Ait aūt illi. Si moysen ⁊ prophetas non audiūt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent. LVII

Et ad discipulos suos ait. Impossibile ē ut nō veniant scandala. Ve aūt illi p quē veniūt. Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius: et pijciatur in mare: q̄m ut scādalizet vnū de pusillis istis. Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus: increpa illū: et si penitentiā egerit dimitte illi. Et si septies ī die peccauerit in te: et septies in die cōuersus fuerit ad te dicens: penitet me: dimitte illi. Et dixerūt apostoli dño. Adauge nobis fidē. Dixit aūt dñs. Si haberitis fidē sicut granū sinapis: diceretis huic arbori moro eradicare et transplantare in mare: et obediret vobis. Quis autē vestrū habens seruū arantem aut pascentē boues qui regresso de agro dicat illi statim transi recūbe: et non dicit: para q̄ cenem ⁊ p̄ange et ministra michi donec māducem et bibam ⁊ post hec tu manducabis ⁊ bibes? Nūquid grātā habet seruo illi: quia fecit que ei imperauerat? Non puto. Sic et vos cū feceris omnia q̄ p̄cepta sunt vobis dicite: seruī inutiles sumus. Quod debuimus facere fecimus. Et factū est dum iret ī ierusalē: transibat p mediā samariā et galileā. Et cum ingrederet q̄dā castellū: occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui stetēr a longe: ⁊ leuauerūt vocem dicentes. Ihesu ꝓpeto: miserere nostri. Quos ut vidit dixit. Ite: ostendite vos sacerdotib⁹. Et factū est dum irent: mūdati sunt. Vnus aūt ex illis ut vidit quia mūdatus est: regressus est cū magna voce magnificās deū. Et cecidit in faciem ante pedes eius: gratias agens. Et hic erat samaritan⁹. Respōdens aūt ihesus dixit. Nōne decem mūdati sunt? Et nouē vbi sunt? Non est inuentus qui rediret ⁊ daret gloriā deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade: q̄a fides tua te saluū fecit. Interrogatus aūt a pharisēis quando veniret regnum dei: respōdens eis dixit. Non veniet regnū dei cū obseruatione: neq; dicent ecce hic aut ecce illic. Ecce enim regnū dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Venient dies quando desideretis videre vnū diem filij hōis:

ret filiū eius. Incipiebat enim mori.
Dixit ergo ihesus ad eū. Niſi ſigna et
prodigia videritis nō creditis. Dicit
ad eum regulus. Dne: deſcende priuſ-
q̄ moriatur filius meus. Dicit ei ihe-
ſus. Vade: filius tuus viuit. Credidit
homo ſermoni quē dixit ei ihesus: et
ibat. Iam aūt eo deſcendente ſerui ob-
uiauerūt ei: ⁊ nunciauerūt dicentes: q̄a
filius tuus viuet. Interrogabat ergo
horam ab eis in qua melius habue-
rit. Et dixerūt ei: q̄a heri hora ſeptima
reliquit eū febris. Cognouit ergo pa-
ter: quia illa hora erat in qua dixit ei
ihesus filius tuus viuit: et credidit ip-
ſe: et domus eius tota. Hoc iterum
ſecundum ſignum fecit ihesus: cum
veniſſet a iudea in galileam. V

Poſt hec erat dies feſtꝰ iudeꝰ: ⁊ al-
cendit ihesus ihꝰoſolimā. Eſt
aūt ihꝰoſolimis pbatica piſcina que
cognominatur hebraice bethſaida:
quinq; porticus habens. In his iace-
bat multitudo magna languentium
cecꝰ et claudꝰ aridoꝰ: expectantium
aque motum. Angelus aūt domini
deſcendebat ſcēm tempus in piſcinā:
et mouebatur aqua. Et qui primus
deſcendiſſet i piſcinā poſt mouēdam
aqm: ſanus fiebat a quacunq; detine-
bat infirmitate. Erat aūt quidā homo
ibi triginta octo annos habēs in infir-
mitate ſua. Hunc cum vidiſſet ihesus
iacentem: et cognouiſſet quia iā mul-
tum tmp⁹ habere dixit ei. Vis ſan⁹
fieri? Reſpondit ei languidus. Domi-
ne: hominē non habeo ut cū turbata
fuerit aqua mittat me in piſcinā. Dū
venio enī ego: alius ante me deſcendit.
Dicit ei ihesus. Surge: tolle grabatū
tuū ⁊ ambula. Et ſtatim ſanus factꝰ
eſt homo ille: ⁊ ſuſtulit grabatū ſuū ⁊
ambulabat. Erat aūt ſabbatū in die
illo dicebāt ergo iudei illi qui ſanatus
fuerat. Sabbatū eſt: non licet tibi tol-
lere grabatū tuū. Reſpondit eis. Qui
me ſanū fecit ille mihi dixit: tolle ga-
batum tuum et ambula. Interrogaue-
runt ergo eū. Quis eſt ille homo: qui
dixit tibi tolle grabatū tuū ⁊ ambula:
Is aūt qui ſanus fuerat ꝛcēdere igno-
rabat quis eſſet. Ihesus enī declinauit
a turba cōſtituta in loco. Poſtea inue-
nit eū ihesus in templo: ⁊ dixit illi. Ec-
ce ſanus factus es: iam noli peccare:
ne deteꝭ tibi aliquid cōtingat. Abiit
ille homo: ⁊ nunciauit iudeis q̄ ihe-
ſus eſſet: qui fecit eū ſanū. Propterea
perſequebatur iudei ihesum: quia hec faci-
ebat in ſabbato. Ihesus aūt reſpondit
eis. Pater meus uſq; modo operatur:
et ego operor. Propterea ergo magis
querebāt eū iudei interficere: quia nō
ſolū ſolvebat ſabbatū: ſed et patrem ſuū
dicebat deū equalē ſe faciens deo. Re-
ſpondit itaq; ihesus: ⁊ dixit eis. Amē
amen dico vobis: non poteſt filius a
ſe facere quicq; niſi q̄ viderit patrem

facientē. Quecūq; enī ille fecerit: hec et
filius similiter facit. Pater enī diligit
filiū ⁊ omnia demōſtrat ei: que ipe fa-
cit: ⁊ maiora hijs demōſtrabit ei opera-
ut vos miremini. Sicut enim pa-
ter ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat: ſic et
filius quos vult viuificat. Neq; enim
pater iudicat quemq;: ſed omē iudicū
dedit filio: ut omnes honorificēt filiū
ſicut honorificāt patrem. Qui nō ho-
norificat filiū: nō honorificat patrē
qui miſit illū. Amē amē dico vobis:
quia qui verbū meū audit et credit ei
qui miſit me: habet vitā eternā. Et in
iudiciū non venit: ſed transiet a mor-
te i vitā. Amē amē dico vobis: q̄a ve-
nit hora et nūc ē quādo mortui audiēt
voē filij dei: et q̄ audierit viuēt. Sicut
enī pater habet vitā i ſemetipo: ſic dedit
⁊ filio habere vitā i ſemetipo. Et poteſta-
tem dedit ei ⁊ iudiciū facere: q̄a filij⁹ ho-
minis eſt. Nolite mirari hoc: quia ve-
nit hora in qua omnes qui in monu-
mentis ſunt audiēt vocem filij dei: et
procedēt qui bona fecerūt in reſurrecti-
onē vite: qui vero mala egerūt i reſur-
rectionē iudicij. Nō poſſum ego a me-
ipſo facere quicq;. Sicut audio iudi-
co: ⁊ iudiciū meū iuſtū eſt: q̄a nō quero
voluntatem meā: ſed voluntatem eⁿ qui
miſit me. Si ego teſtimoniū phibeo
de me teſtimoniū meū nō eſt ver. Alius
eſt qui teſtimoniū phibet de me: et
ſcio quia verū eſt teſtimoniū eius q̄ nō
phibet de me. Vos miſiſtis ad ioha-
nem: et teſtimonium phibuit veritati.
Ego aūt non ab homine teſtimoniū
accipio: ſed hec dico: ut vos ſalui ſitis.
Ille erat lucerna ardēs ⁊ lucens. Vos
aūt voluiſtis ad horā exultare i luce
eius. Ego aūt habeo teſtimoniū ma-
ius ioha̅ne. Opera enī q̄ dedit michi
pater ut pficiā ea: ipa opera que ego
facio teſtimoniū phibēt de me: quia
pater miſit me. Et qui miſit me pater
ipſe teſtimoniū phibuit de me. Neq;
vocem eius unq⁹ audiſtis: neq; ſpecie
eius vidiſtis. Et verbū eius non habe-
ris in vobis manēs: quia quē miſit il-
le huic vos non creditis. Scrutamini
ſcripturas: quia vos putatis in ipſis
vitam eternā habere. Et ille ſunt qui
teſtimoniū phibēt de me: ⁊ nō vultis
venire ad me ut vitā habeatis. Clari-
tatem ab hominibus nō accipio: ſed
cognoui vos: q̄a dilectionē dei nō ha-
beris in vobis. Ego veni i noīe patris
mei: ⁊ nō accepiſtis me. Si alius ve-
nerit i nomine ſuo: illū accipietis. Quo-
modo vos poteſtis credere q̄ gloriā ab
inuicē accipitis: ⁊ gloriā q̄ a ſolo deo
eſt nō queritis? Nolite putare q̄a ego
accuſaturꝰ ſum vos apud patrē. Eſt q̄
accuſat vos: moyſes in quo vos ſpe-
ratis. Si enī crederetis moyſi: crederetis
forſitan ⁊ michi. De me enī ille ſcriplit.
Si aūt illius literis nō creditis: quo-
modo meis verbis crediti⁹? V

Poſt hec abijt ihesus trans mare
galile: q̄ eſt tyberiadis. Et ſe-
quebat eū multitudo magna: quia vi-
debāt signa que faciebat ſup hijs qui
infirmabant. Subijt ergo in montem
ihesus: ⁊ ibi ſedebat cū diſcipulis ſuis.
Erat aūt pximū paſcha: dies feſtus
iudeoꝝ. Cum ſublevaſſet ergo oculos
ihesus ⁊ vidiſſet quia multitudo ma-
xima venit ad eū: dicit ad philippum.
Vnde ememus panes ut mānducent
hij? Hoc aūt dicebat temptans eum.
Ipe enī ſcebat quid eſſet facturus. Re-
ſpondit ei philippus. Ducentorū denā-
riorꝝ panes non ſufficiūt eis: ut unuſ-
quiſq; modicū quid accipiat. Dicit ei

unus ex discipulis eius andreas frater
simonis petri. Est puer unus hic: qui
habet quinq; panes ordeaceos ⁊ duos
pisces. Sed hec ꝓ sunt inter tantos? Di-
xit ergo ihesus. Facite homines discu-
bere. Erat aut fenū multū in loco. Dis-
cubuerunt ergo viri-numero ꝓt quinq;
milia. Accepit ergo ihesus panes: et
cum gratias egisset distribuit discum-
bentibus. Similiter et ex piscib; quātum
volebāt. Vt autem impleti sunt:
dixit discipulis suis. Colligite q̄ supa-
uerant fragmenta ne pereant. Colle-
gerūt ergo: ⁊ impleuerūt duodecim co-
phinos fragmentoꝝ ex quinq; pani-
bus ordeaceis ⁊ duobus piscibus: q̄
superauerūt hijs qui māducauerāt. Illi
ergo homines cū vidissent q̄d fecerat
signū dicebāt. Quia hic est vere ꝓpheta:
qui venturus est in mūdū. Ihesus
ergo cum cognouisset q̄a venturi essent
ut raperent eū ⁊ facerent eum regem: fu-
git iterū in montem ipse solus. Vt autē
sero factū est: descenderūt discipuli eius
ad mare. Et cū ascendissent nauim:
venerūt trans mare in capharnaum.
Et tenebre iam facte erāt: ⁊ non vene-
rat ad eos ihesus. Mare aut vento
magno flante exurgebat. Cum remi-
gassent ergo quasi stadia viginti quin-
q; aut tricinta: vident ihesum ambu-
lantem supra mare. ⁊ proximū nauī fi-
ri: ⁊ timuerūt. Ille aūt dixit eis. Ego
sum: nolite timere. Voluerūt ergo acci-
pere eum in nauim: et statim nauis
fuit ad terrā quā ibant. Altera die tur-
ba que stabat trās mare: vidit q̄a na-
uicula alia non erat ibi nisi una: ⁊ q̄a
non intrasset cum discipulis suis ihe-
sus in nauim: sed soli discipuli eius abis-
sent. Alie vero superuenerūt naues a ty-
beriade iuxta locū vbi manducauerāt

panē: gratias agentes deo. Cum ergo
vidisset turba quia ihesus nō esset ibi
neq; discipuli eius ascenderunt in navi-
culas: ⁊ venerūt capharnaū querentes
ihesum. Et cū inuenissent eum trans
mare: dixerunt ei. Rabbi-quādo huc
venisti? Respondit eis ihesus: et dixit.
Amen amen dico vobis: quereis me
non quia vidistis signa-sed quia mā-
ducastis ex panibus: ⁊ saturati estis.
Operamini non cibum qui perit: sed
qui permanet in vitam eternā: quē filius
hominis dabit vobis. Hunc enim pater si-
gnauit deus. Dixerūt ergo ad eū. Quid
faciemus: ut operemur opera dei? Respō-
dit ihesus: ⁊ dixit eis. Hoc est opus dei:
ut credatis in eū quē misit ille. Dixerūt
ergo ei. Quod ergo tu facis signū: ut
videamus ⁊ credamus tibi? Quid opera-
ris? Patres nostri manducauerunt
mānā in deserto: sicut scriptū est. Panē
de celo dedit eis manducare. Dixit er-
go eis ihesus. Amē amē dico vobis:
non moyses dedit vobis panē de celo:
sed pater meus dat vobis panē de celo
verū. Panis enim dei est q̄ de celo descen-
dit: ⁊ dat vitam mūdo. Dixerūt ergo
ad eū. Dne semp da nobis panē hunc.
Dixit aūt eis ihesus. Ego sum panis
vite. Qui venit ad me non esuriet: ⁊ q̄
credit in me non sitiet unq;. Sed di-
xi vobis: quia ⁊ vidistis me: ⁊ nō cre-
didistis. Omne q̄d dat michi pater ad
me veniet: ⁊ eū qui venit ad me non ei-
ciā foras: quia descendi de celo non
ut faciā voluntatē meā sed voluntatem
eius q̄ misit me. Hec est autem voluntas eius
q̄ misit me patris: ut omne q̄d dedit mi-
chi nō ꝑdam ex eo: sed resuscitem illud in
nouissimo die. Hec est autem voluntas pa-
tris mei qui misit me: ut omnis q̄ videt
filium ⁊ credit in eum habeat vitā eternā:

et ego resuscitabo eum in nouissimo die.
Murmurabāt ergo iudei de illo-q̄a
dixisset ego sum panis viuus: qui de
celo descendi. Et dicebāt. Nōne hic est
filius ioseph cuius nos nouimus patrē
et matrem? Quomō ergo dicit hic-q̄a
de celo descendi? Respondit ergo ihe-
sus: ⁊ dixit eis. Nolite murmurare in
inuicem. Nemo potest venire ad me:
nisi pater qui misit me traxerit eum: ⁊
ego resuscitabo eum in nouissimo die.
Est scriptū in ꝓphetis. Erunt omnes
doctibiles dei. Omnis qui audiuit a pa-
tre ⁊ didicit venit ad me. Non quia pa-
trem vidit quisq; nisi is qui est a deo:
hic vidit patrem. Amen amē dico vo-
bis: qui credit in me habet vitā eternā.
Ego sum panis vite. Patres vestri mā-
ducauerūt mānā in deserto: ⁊ mortui
sunt. Hic est panis de celo descendēs:
ut si quis ex ipo māducauerit nō mo-
riatur. Ego sū panis viuus: q̄ de celo
descendi. Si quis māducauerit ex hoc
pane viuet in eternū. Et panis quē ego
dabo caro mea est: pro mūdi vita.
Pugnabāt ergo iudei ad invicem dicē-
tes. Quomō potest hic nobis carnē
suā dare ad māducandū? Dixit ergo
eis ihesus. Amen amen dico vobis:
nisi māducaueritis carnē filij hoīs et
biberitis eius sanguinē: non habebi-
tis vitam in vobis. Qui māducat me-
am carnē ⁊ bibit meū sanguinē: habet
vitam eternā: ⁊ ego resuscitabo eum in
nouissimo die. Caro enim mea vere
est cibus: et sanguis meus vere est po-
tus. Qui māducat meā carnē et bibit
meū sanguinē: in me manet-et ego in
illo. Sicut misit me viuens pater et e-
go viuo ꝓter patrē: ⁊ q̄ māducat me:
⁊ ipse viuet ꝓter me. Hic est panis q̄ de
celo descendit. Non sicut māducauerūt

patres vestri mānā: ⁊ mortui sūt. Qui
māducat hunc panē: viuet in eternū.
Hec dixit in synagoga docens-in ca-
pharnaū. Multi ergo audientes ex di-
scipulis eius. Dixerūt durus est hic ser-
mo. Et quis potest eum audire? Si-
ens autē ihesus apud semetipm quia
murmurarent de hoc discipuli eius: dixit
eis. Hoc vos scandalizat? Si ergo vi-
deritis filiū hominis ascendentē ubi
erat prius? Spiritus est qui viuificat:
caro nō ꝑdest quicq;. Verba que ego
locutus sum vobis: spiritus ⁊ vita sunt.
Sed sunt quidā ex vobis q̄ nō credūt.
Sciebat enim ab initio ihesus qui essent
non credentes: ⁊ quis traditurus
esset eum. Et dicebat. Propterea dixi
vobis: q̄a nemo potest venire ad me:
nisi fuerit ei datum a pre meo. Ex hoc
multi discipulorum eius abierunt retro:
et iam nō cum illo ambulabant. Di-
xit ergo ihesus ad duodecim. Numquid
et vos vultis abire? Respondit ergo ei
simon pet⁹. Domine: ad quē ibimus?
Verba vite eterne habes. Et nos credi-
dimus ⁊ cognouimus: q̄a tu es cristus
filius dei. Respōdit eis ihesus. Nōne
ego vos duodecim elegi: et ex vobis u-
nus diabolus est? Dicebat aūt de iuda
simonis scariothis. Hic enim erat tra-
ditur⁹ eū cū esset unus ex duodecim.

VI

Post hec aūt ambulabat ihesus in
galileam. Non enim volebat in iu-
dea ambulare: q̄a querebāt eū iudei
interficere. Erat aūt in proximo dies
festus iudeorum scenophegia. Dixerunt
autem ad eū fratres eius. Transi hinc et
vade in iudeā: ut et discipuli tui videāt
opera tua q̄ facis. Nemo quippe in se-
creto quid facit: et querit ipe in palā esse.
Si hec facis: manifesta te ipm mun
do. Neque enim fratres eius credebāt

in eum. Dicit ergo eis ihesus. Tempus
nondũ nondũ aduenit: tempus autem
vestrũ semper est paratũ. Nõ poterit mũ-
dus odisse vos. Me autẗ odit: quia
ego testimoniũ phibeo de illo: qã opera
eius mala sunt. Vos ascendite ad di-
em festũ istũ. Ego nõ ascendam ad di-
em festũ istũ: quia meũ tempus nondũ
impletũ est. Hec cũ dixisset: ipse mansit
in galilea. Vt autẗ ascenderũt fratres
eius: tũc et ipse ascendit ad die festũ non
manifeste: sed q̃si i occulto. Iudei ergo
querebãt eũ in die festo: z dicebãt. Vbi
est ille? Et murmur multus de eo erat
in turba. Quidã enim dicebant quia
bonus est: alij dicebãt non: sed seduit
turbas. Nemo tamen palam loque-
batur de illo: ꝑter metũ iudeorũ. Iam
autẗ die festo mediãte: ascendit ihesus
in templũ z docebat. Et mirabantur
iudei dicẗes. Quomõ hic litteras scit
cum non didicerit? Respondit eis ihe-
sus: z dixit. Mea doctrina non ẽ mea:
sed eius qui misit me. Si quis volue-
rit voluntatem eius facere: cognoscet de
doctrina-utrũ ex deo sit: an ego a me
ipo loquar. Qui a semetipo loquitur
gloriã ꝑriam querit. Qui autẗ querit
gloriam eius qui misit eum - hic verax
est: z iniustitia in illo non est. Nonne
moyses dedit vobis legem? Et nemo
ex vobis facit legem. Quid me queritis
interficere? Respondit turba et dixit.
Demoniũ habes. Quis te querit inter-
ficere? Respondit ihesus: et dixit eis.
Vnũ opus feci: et omnes miramini.
Propterea moyses dedit vobis circũ-
cisionem: non quia ex moyse est: sed ex
patribus. Et in sabbato circũcidis
hoiem. Si circũcisionẗ accipit homo i
sabbato ut nõ soluat lex moysi: michi
indignamini qã totũ hoiem sanũ fecĩ
in sabbato. Nolite iudicare secundũ
faciẗ: sed iustum iudiciũ iudicate. Di-
cebãt ergo quidã ex iherosolimis. Nõ-
ne hic est quẗ querunt interficere? Ecce
palã loquitur: z nichil ei dicit. Num-
quid vere cognouerũt principes quia
hic est cristus? Sed hunc scimus unde
sit - cristus autẗ cum venerit: nemo scit
unde sit. Clamabat ergo ihesus i tem-
plo docens et dicens. Et me scitis: et
unde sum scitis: et a meipo non veni:
sed est verus qui misit me quẗ vos ne-
scitis. Ego scio eũ: z si dixero qã nesci-
am: ero similis vobis mendax. Sed
scio eum: quia ab ipso sum: et ipse me
misit. Querebant ergo eum apphende-
re: z nemo misit in illũ manus: quia
nondũ venerat hora eius. De turba
autem multi crediderũt in eũ. Et dice-
bant. Cristus cum venerit: numqd plu-
ra signa faciet ꝗ quẗ hic facit? Audi-
erunt pharisei turbã murmurantem
de illo hec: z miserũt principes z pha-
risei ministros ut apprehenderent ihe-
sũ. Dixit ergo eis ihesus. Adhuc mo-
dicum tempus vobiscũ sum: et vado
ad eũ qui me misit. Querẗis me et nõ
inuenietis: et vbi sum ego vos nõ po-
tẗis venire. Dixerunt ergo iudei ad se-
metipos. Quo hic iturus est - quia nõ
inuenimus eum? Numqd in dispũ-
nem gentiũ iturus est - z doctores gen-
tiũ? Quis est hic sermo quẗ dixit - que-
rẗis me et non inuenietis: et vbi sum
ego vos nõ poterẗis venire? In nouis-
simo autẗ die magno festiuitatis sta-
bat ihesus: z clamabat dicens. Si qs
sitit: veniat ad me z bibat. Qui credit
in me sicut dicit scriptura: flumina de
ventre eius fluent aque viue. Hoc au-
tem dixit de spiritu: quẗ accepturi erãt
credentes in eum. Nondũ enim erat

spiritus datus: quia ihesus nõdum
erat glorificatus. Ex illa ergo turba cũ
audissent hos sermones eius dicẗes.
Hic est vere ꝓpheta. Alij dicebãt. Hic
est cristus. Quidã autẗ dicebãt. Nũquid
a galilea venit cristus? Nõne scriptu-
ra dicit: qã ex semine dauid - z de beth
lem castello vbi erat dauid venit cristus?
Dissensio itaq; facta est in turba ꝑter
eum. Quidã autẗ ex ipos voluerũt aph-
hendere eum: sed nemo misit sup eum
manus. Venerũt ergo ministri ad pon-
tifices z pharisios: et dixerunt eis illi.
Quare non adduxistis eum? Respõ-
derũt ministri. Nũquid sic locutus est
homo: sicut hic homo. Respõderunt
ergo eis pharisei. Nũquid et vos sedu-
ci estis? Nũquid ex principibus ali-
quis credidit in eũ: aut ex pharisis?
Sed turba hec quẗ non nouit legem:
maledicti sunt. Dixit nycodemus ad
eos: ille qui venit ad eum nocte: q̃ un-
us ex ipis. Nũquid lex nostra iudi-
cat hominẗ: nisi prius audierit ab ipo
et cognouerit quid faciat? Responde-
runt: z dixerũt ei. Nũquid z tu galile-
us? Inuenire scripturas z vide: quia
a galilea ꝓpheta nõ surgit. Et reuersi
sunt unusquisq; i domũ suã. VIII
Ihesus autẗ ꝑgebat in montem oliueti: et
diluculo iterũ venit in templũ z omnis
plus venit ad eum: z sedens docebat
eos. Addunt autẗ scribe z pharisei
mulierem deprehensam in adulterio: et
statuerũt eam in medio: z dixerunt ei.
Magister: hec mulier modo deprehen-
sa est in adulterio. In lege autẗ moyse
mãdauit nobis huiusmodi lapidare.
Tu ergo quid dicis? Hoc autẗ dicebãt
tentãtes eum: ut possent accusare eũ.
Ihesus autẗ inclinãs se deorsum: digi-
to scribebat i terra. Cũ ergo ꝑseuerarẗ
interrogantes: erexit se z dixit eis. Qui
sine peccato est vestrũ primus in illã la-
pidem mittat. Et iterum se inclinãs
scribebat in terrã. Audientes autẗ hec
unus post unũ egibant incipientes a
seniorbus: z remãsit solus ihesus: et
mulier in medio stans. Erigens autẗ
se ihesus: dixit ei. Mulier: ubi sunt qui
te accusabãt? Nemo te cõdemnauit?
Que dixit. Nemo dũe. Dixit autẗ ihe-
sus. Nec ego te condemnabo. Vade:
et iam amplius noli peccare. Iterũ ergo
locutus est eis ihesus dicens. Ego sũ
lux mundi. Qui sequẗr me nõ ãbulat
in tenebris: sed habebit lumẗ vite. Di-
xerũt ergo ei pharisei. Tu de tipso testi-
moniũ phibes: testimoniũ tuũ nõ est
verũ. Respondit ihesus: z dixit eis. Et si
ego testimoniũ phibeo de meipo - verũ est
testimoniũ meũ: qã scio unde veni z quo
vado. Vos autẗ nescitis unde venio:
aut quo vado. Vos autẗ secũdũ carnẗ
iudicatis: ego nõ iudico quemq;. Et si
iudico ego - iudiciũ meũ verũ ẽ: qã sol
sum - sed et ego z qui misit me pater.
Et i lege vrã scriptum est: quia duorũ
hominũ testimoniũ verũ est. Ego sum
qui testimonium phibeo de meipso:
et testimoniũ phibet de me qui misit
me pater. Dicebãt ergo ei. Vbi est pa-
ter tuus? Respondit ihesus. Neq; me
scitis: neq; patrem meũ. Si me scirẗis:
forsitan z patrem meũ scirẗis. Hec ve-
ba locutus ẽ ihesus in gazophilacio:
docens in templo. Et nemo apphedit
eum: quia nondũ venerat hora eius. Di-
xit ergo iterũ eis ihesus. Ego vado: et
querẗis me: et in peccato vrõ moriemi-
ni. Quo ego vado - vos nõ poterẗis ve-
nire. Dicebãt ergo iudei. Numquid in-
terfecit semetipm: qã dicit quo ego ve-
do vos nõ poterẗis venire? Et dicebat

eis. Vos de deorsum estis ego de superis sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo
vobis: qꝫ moriemini in peccatis vrīs.
Si enim non credideritis quia ego sū:
moriemini i peccatis vrīs. Dicebat ergo
ei. Tu qs es? Dixit eis ihesus. Principium: q̃ ꝛ loquor vobis. Multa habeo
de vobis loqui ꝛ iudicare: sed qui me
misit verax est: ꝛ ego q̃ audiui ab eo hec
loquor in mundo. Et nō cognouerūt:
quia patrem eius dicebat deū. Dixit
ergo eis ihesus. Cum exaltaueritis filiū hōis tunc cognoscetis qꝫ ego sū:
et a meipso facio nichil: sed sicut docuit
me pater hec loquor. Et qui me misit
mecū est: ꝛ non reliquit me solū: quia
ego q̃ placita sunt ei facio semp. Hec
illo loquente: multi crediderūt in eum.
Dicebat ergo ihesus ad eos qui crediderūt ei iudeos. Si vos mānseritis in
sermone meo: vere discipuli mei eritis:
et cognoscetis veritatem: ꝛ veritas liberabit vos. Respōderūt ei. Semen abrahe sumus: et nemini seruiuimus vnq̃.
Quomodo tu dicis liberi eritis? Respōdit eis ihesus. Amen amen dico vobis: quia omnis q̃ facit peccatū seruus
est peccati. Seruus aūt non manet in
domo in eternum: filius manet in eternum. Si ergo vos filius liberauerit: vere liberi eritis. Scio quia filij
abrahe estis: sed quaeritis me interficere: quia seruo meus nō capit in vobis. Ego qd̃ vidi apud patrē loquor:
et vos qui vidistis apud patrem vestrum facitis. Respōderūt et dixerunt
ei. Pater noster abraham est. Dicit ei
ihesus. Si filij abrahe estis: opera
abrahe facite. Nunc aūt quaeritis me
interficere: hominē qui veritatem vobis locutus sum: quam audiui a deo.
Hoc abraham nō fecit. Vos facitis
opera patris vestri. Dixerunt itaq̃ ei.
Nos ex fornicatione non sumus nati.
Vnū patrē habemus deū. Dixit ergo eis
ihesus. Si deus pater vester esset. Diligeretis vtiq̃ me. Ego enim ex deo prod-
si et veni. Neq̃ enim a meipso venio sed ipse
me misit. Quare loquelā meā non cognoscitis? Quia nō potestis audire
sermonē meū. Vos ex patre diabolo
estis: ꝛ desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: ꝛ in
veritate non stetit: quia nō est veritas
in eo. Cum loquitur mendacium: ex propijs loquitur: quia mendax est ꝛ pater
eius. Ego aūt quia veritatem dico:
non creditis michi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non creditis michi?
Qui est ex deo: verba dei audit. Propterea vos nō auditis: quia ex deo nō
estis. Respōdentes ergo iudei: ꝛ dixerūt
ei. Nonne bene dicimus nos: quia samaritanus es tu: ꝛ dyaconium habes? Respōdit ihesus. Ego dyaconium nō habeo:
sed honorifico patrem meū: ꝛ vos inhonorastis me. Ego aūt non quaero
gloriā meā. Est qui quaerat ꝛ iudicet.
Amen amen dico vobis: si quis sermonem meū seruauerit mortem nō videbit
in eternum. Dixerūt ergo iudei. Nunc cognouimus qꝫ dyaconium habes. Abraham mortuus est ꝛ phete: et tu dicis
si quis sermonē meū seruauerit non gustabit mortem in eternū? Nūquid tu
maior es patre nro abrahā q̃ mortuus
est? Et phete mortui sūt. Quē teipsum
facis? Respōdit ihesus. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nichil est. Est
pater meus qui glorificat me: quē vos
dicitis quia deus noster est ꝛ nō cognouistis eum. Ego aūt nouī eum. Et si

dixero quia non scio eum: ero similis
vobis mendax. Sed scio eum: et sermonem eius seruo. Abraham pater
vester exultauit ut videret diē meum:
et vidit: ꝛ gauisus est. Dixerūt ergo iudei ad eū. Quinquaginta ānos nondū
habes: ꝛ abraham vidisti? Dixit eis
ihesus. Amen amen dico vobis: antq̃ abraham fieret ego sum. Tulerūt
ergo lapides ut iacerent i eū. Ihesus aūt
abscondit se: ꝛ exiuit de templo.

Et pcēdens ihesus vidit hominē
cecū a natiuitate: ꝛ interrogauerunt eū discipuli eius. Rabbi: quis pecca-
uit: hic aut parentes eius: ut cecus nasceretur? Respondit ihesus. Neq̃ hic pec-
cauit neq̃ parentes eius: sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet
operari opera eius qui misit me: donec dies est. Venit nox: quando nemo
potest operari. Quādiu sum i mundo: lux sum mundi. Hec cū dixisset exspuit
in terrā: et fecit lutū ex sputo: et liniuit
lutum sup oculos eius: ꝛ dixit ei. Vade laua in natatoria sylo: qd̃ interpretatur missus. Abijt ergo ꝛ lauit: et ve-
nit videns. Itaq̃ vicini ꝛ qui viderāt
eum prius quia mendicus erat dicebāt.
Nonne hic est qui sedebat et mendicabat? Alij dicebāt quia hic est: alij autem nequaq̃: sed similis est eius. Ille ve-
ro dicebat: quia ego sum. Dicebāt ergo
ei. Quomō aperti sunt tibi oculi? Respōdit. Ille homo qui dicit ihesus
lutum fecit: ꝛ vnxit oculos meos: ꝛ dixit michi. Vade ad natatoriā sylo: ꝛ
laua. Et abij: ꝛ laui: ꝛ video. Et dixerūt
ei. Vbi ē ille? Ait. Nescio. Adduxerūt eū
ad phariseos qui cecus fuerat. Erat
aūt sabbatū quādo lutū fecit ihesus:
et aperuit oculos eius. Iterū ergo interrogabāt eū pharisei quomō vidisset.
Ille aūt dixit eis. Lutū michi posuit
sup oculos: ꝛ lauī et video. Dicebant
ergo ex phariseis quidā. Non est hic
homo a deo: qui sabbatū nō custodit.
Alij aūt dicebāt. Quomō potest homo peccator hec signa facere? Et scisma
erat inter eos. Dicunt ergo cecō iterū.
Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos
tuos? Ille aūt dixit: quia prpheta est.
Non crediderunt ergo iudei de illo qꝫ
cecus fuisset ꝛ vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui viderat: et in-
terrogauerūt eos dicentes. Hic est filius
vester: quē vos dicitis quia cecus natus est? Quomō ergo nunc videt? Responderuntq̃ eis parentes eius: ꝛ dixerūt.
Scimus quia hic est filius noster: ꝛ qꝫ
cecus natus est. Quomō aūt nūc videat nescimus: aut quis ei aperuit oculos nos nescimus. Ipm interrogate.
Etatem habet: ipse de se loquatur. Hec
dixerūt parentes eius: qui timebāt iudeos. Iam enim cōspiraverāt iudei: ut
si quis eum cōfitetur esse christū extra
synagogā fieret. Propterea parentes
eius dixerūt: quia etatem habet: ipm
interrogate. Vocauerūt ergo rursum
hominē qui fuerat cecus: et dixerūt ei.
Da gloriā deo. Nos scimus quia hic
homo peccator est. Dixit ergo eis ille.
Si peccator est nescio: vnū scio: quia
cecus cū essem modo video. Dixerunt
ergo illi. Quid fecit tibi? Quomō aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi
vobis iam: ꝛ audistis. Quid iterū vultis audire? Nūquid et vos vultis di-
scipuli eius fieri? Maledixerūt ergo ei: ꝛ
dixerūt. Tu discipulus illius sis: nos
aūt moysi discipuli sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus: hūc
autem nescimus vnde sit. Respondit
ille homo: et dixit eis. In hoc enim

mirabile est qꝛ vos nesciis unde sit:
et aperuit meos oculos. Scimus autē
quia peccatores deus non audit: sed
si quis dei cultor est ⁊ voluntatem eius
facit: hunc exaudit. A seculo non est
auditū: quia quis aperuit oculos ce-
ci nati. Nisi esset hic a deo: non pote-
rat facere quicq̃. Respōdērūt ⁊ dixerūt
ei. In peccatis natus es totus: ⁊ tu do-
ces nos? Et eiecerūt eum foras. Audi-
uit ihesus quia eiecerūt eum foras: et
cum invenisset eum dixit ei. Tu credis
in filiū dei? Respōdit ille ⁊ dixit. Quis
est domine ut credā in eum? Et dixit ei ihe-
sus. Et vidisti eum: et q̃ loquitur tecū
ipse est. At ille ait. Credo domine. Et pro-
cidens adorauit eum. Et dixit ei ihesus.
In iudiciū ego in hunc mundum veni:
ut qui non vident videāt: et qui vident
cęci fiant. Et audierūt quidā ex phari-
seis qui cū ipso erant: ⁊ dixerūt ei. Nun-
quid et nos cęci sumus? Dixit eis
ihesus. Si cęci essetis non haberetis
peccatum. Nunc vero dicitis quia vi-
demus? peccatum vestrum manet. ℣

Amen amen dico vobis: qui non
intrat p hostiū in ouile sed ascē-
dit aliūde: ille fur est ⁊ latro. Qui aut
intrat per hostiū: pastor est ouiū. Hu-
ic hostiarius aperit: ⁊ oves vocem ei-
us audiūt. Et proprias oves vocat no-
minatim: ⁊ educit eas. Et cum propri-
as oves emiserit ante eas vadit: ⁊ oves
illū sequūtur: quia sciūt vocem eius.
Alienū autē non sequūtur: sed fugiūt
ab eo: quia non nouerunt vocem alie-
nos. Hoc proverbiū dixit eis ihesus. Ip-
i autē non cognouerūt quid loquere-
tur eis. Dixit ergo eis iterū ihesus. Amē
amē dico vobis: quia ego sum hostiū
ouiū. Omnes q̃cūq̃ venerūt fures sunt
et latrones: sed nō audierūt eos oves.
Ego sū hostiū. Per me si quis introie-
rit saluabitur: ⁊ ingredietur ⁊ egredi-
tur: ⁊ pascua inueniet. Fur nō venit
nisi ut furetur ⁊ mactet ⁊ perdat. Ego ve-
ni ut vitam habeāt: et abundantius
habeāt. Ego sum pastor bonus. Bo-
nus pastor animā suā dat p ouibus
suis. Mercenarius autē ⁊ q̃ non est pa-
stor cui non sunt oves proprie videt lu-
pum venientē ⁊ dimittit oves ⁊ fugit: ⁊
lupus rapit ⁊ dispergit oves. Mercena-
rius autē fugit quia mercenarius est: ⁊
non pertinet ad eum de ouibus. Ego
sum pastor bonus: ⁊ cognosco meas:
et cognoscūt me meę. Sicut novit me
pater: et ego agnosco patrē: et animā
meā pono p ouibus meis. Et alias o-
ves habeo quę nō sūt ex hoc ouili: ⁊ il-
las oportet me adducere ⁊ vocem meā
audient: et fiet unū ouile et unus pastor.
Propterea me pater diligit: quia ego
pono animā meā: ut iterū sumā eam.
Nemo tollit eam a me: sed ego pono
eam a meipso. Potestatem habeo po-
nendi eam: ⁊ potestatem habeo iterū
sumendi eam. Hoc mandatū accepi
a patre meo. Dissensio iterū facta est
inter iudeos. propter sermones hos. Di-
cebāt autē multi ex ipsis. Demonium ha-
bet ⁊ insanit. Quid eum audimus? Alij
dicebant. Hęc verba non sunt demo-
niū habentis. Numquid demonium
potest cecorum oculos aperire? Facta
sunt autē enęnia in iherosolimis: et
hyems erat. Et ambulabat ihesus in
templo in porticu salomonis. Circū-
dederūt ergo eum iudei: et dicebant ei.
Quousq̃ animam nostram tollis?
Si tu es christus: dic nobis palam. Re-
spondit eis ihesus. Loquor vobis: et
non creditis. Opera q̃ ego facio i nomi-
ne patris mei: hęc testimoniū phibent de

me. Sed vos non creditis: quia non
estis ex ouibus meis. Oves mee voce
meam audiūt: ⁊ ego cognosco eas: et
sequūtur me. Et ego vitam eternā do
eis: ⁊ non perībūt in eternū: ⁊ nō rapi-
et eas quisq̃ de manu mea. Pater me-
us q̃ dedit michi manus omnibus est:
et nemo potest rapere de manu patris
mei. Ego ⁊ pater unū sumus. Bucu-
lerūt lapides iudei: ut lapidarent eū.
Respōdit eis ihesus. Multa bona o-
pera ostendi vobis ex patre meo. Pro-
pter q̃ nos op̃ me lapidatis? Respō-
dērūt ei iudei. De bono opere non la-
pidamus te-sed de blasphemia: ⁊ qꝛ
tu homo cum sis: facis tuipm̃ deū. Re-
spondit eis ihesus. Nonne scriptū ē in
lege vestra quia ego dixi dij estis? Si
illos dixit deos ad quos sermo dei fa-
ctus est. ⁊ non potest solui scriptura:
quē pater sanctificauit et misit in mū-
dum vos dicitis quia blasphemas
quia dixi filius dei sum? Si nō facio
opera patris mei: nolite credere michi.
Si aut facio: ⁊ si michi nō vultis cre-
dere operibus credite: ut cognoscatis
et credatis quia in me est pater. ⁊ ego
in patre. Querebāt ergo eū apphendē-
re: ⁊ exiuit de manibus eorū. Et abijt
iterū trās iordanem in eum locū ubi e-
rat iohānes baptizās primū: ⁊ mānsit il-
lic. Et multi venerūt ad eū et dicebāt: qꝛ
iohānes signū fecit nullū. Omnia
autē quecūq̃ dixit iohānes de hoc vera
erant: et multi crediderūt in eum. ℣

Erat autē quidā languens laza-
rus a bethania: de castello ma-
rie ⁊ marthe sororū eius. Maria autē
erat que unxit dm̃m unguento ⁊ tersit
pedes eius capillis suis: cuius frater
lazarus infirmabat. Miserūt ergo so-
rores eius ad eum dicētes. Domine:
ecce quē amas infirmatur. Audiens
autē ihesus: dixit eis. Infirmitas hęc
non est ad mortem-sed p gloria dei:
ut glorificetur filius dei per eam. Diligē-
bat autē ihesus martham: ⁊ sororem
eius mariā ⁊ lazarū. Vt ergo audiuit
quia infirmabatur: tunc quidē mānsit
in eodem loco duobus diebus. Dein-
de post hęc dixit discipulis suis. Eamus
in iudeā iterū. Dicit ei discipuli. Rabbi
nunc querebāt te iudei lapidare: ⁊ iterū
vadis illuc? Respōdit ihesus. Nonne
duodecim sūt hore diei? Si quis ambu-
lauerit in die non offendit: qꝛ lucem
hui⁹ mūdi videt. Si aut ambulauerit
in nocte offendit: quia lux non est
in eo. Hęc aut: ⁊ post hęc dixit eis. La-
zarus amicus noster dormit: sed va-
do ut a somno exsuscitem eū. Dixerūt
ergo discipuli eius. Dne: si dormit sal-
vus erit. Dixerat autē ihesus de morte
eius: illi aūt putauerūt quia de dormi-
tione somni dicere. Tunc ergo ihesus
dixit eis manifeste. Lazarus mortuus
est: et gaudeo propter vos ut credatis:
quoniā non eram ibi. Sed eamus ad
eum. Dixit ergo thomas qui dicitur
didimus ad condiscipulos. Eamus et
nos: et moriamur cū eo. Venit ergo
ihesus: et inuenit eum quatuor dies
iam in monumēto habentem. Erat
autē bethania iuxta iherosolimā quasi
stadijs quindecim. Multi aūt ex iude-
is venerant ad martham ⁊ mariā: ut
consolarent eas de fratre suo. Martha
ergo ut audiuit qꝛ ihesus venit occur-
rit illi: maria aūt domi sedebat. Dixit
ergo martha ad ihesū. Dne: si fuisses
hic frater meus non fuisset mortuus.
Sed ⁊ nunc scio: qꝛ quecūq̃ poposce-
ris a deo dabit tibi deus. Dicit illi ihesus.
Resurget frater tuus. Dicit ei martha.

Dixit quia resurget ⁊ resurrectione in
nouissimo die. Dixit ei ihesus. Ego sum
resurrectio ⁊ vita. Qui credit in me etiam
si mortuus fuerit viuet: ⁊ omnis qui
viuit ⁊ credit in me: non morietur in
eternum. Credis hoc? Ait illi. Vtique domine.
Ego credidi quia tu es christus filius dei: qui
in hunc mundum venisti. Et cum
hec dixisset: abiit ⁊ vocauit mariam
sororem suam silentio dicens. Magister
adest: et vocat te. Illa ut audiuit surgit
cito: ⁊ venit ad eum. Nondum enim
venerat ihesus in castellum: sed erat ad
huc in illo loco ubi occurrerat ei martha.
Iudei ergo qui erant cum ea in domo
⁊ consolabantur eam cum vidissent
mariam quia cito surrexit et exiit: secuti
sunt eam dicentes. Quia vadit ad
monumentum vt ploret ibi. Maria ergo
cum venisset ubi erat ihesus: videns
eum cecidit ad pedes eius dixit ei. Domine
si fuisses hic non esset mortuus
frater meus. Ihesus ergo ut vidit eam
plorantem et iudeos qui venerant cum
ea plorantes infremuit spiritu: ⁊ turbauit
semetipsum ⁊ dixit. Vbi posuistis eum?
Dicunt ei. Domine veni ⁊ vide. Et lacrimatus
est ihesus. Dixerunt ergo iudei.
Ecce quomodo amabat eum. Quidam
autem ex ipsis dixerunt. Non poterat hic
qui aperuit oculos ceci nati facere: ut
hic non moreretur? Ihesus ergo rursum
fremens in semetipso venit ad monumentum.
Erat autem spelunca: ⁊ lapis superpositus
erat ei. Ait ihesus. Tollite lapidem.
Dicit ei martha soror eius: qui
mortuus fuerat iam fetet: quadriduanus enim est. Dicit ei ihesus.
Nonne dixi tibi: quoniam si crederes
videbis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem.
Ihesus autem eleuans sursum oculos
dixit. Pater gratias ago tibi qui
audisti me. Ego autem sciebam quia semper
me audis: sed propter populum qui circumstat dixi:
ut credant quia tu me misisti. Hec
cum dixisset: voce magna clamauit.
Lazare veni foras. Et statim prodiit qui
fuerat mortuus ligatis manus et pedes
in fasciis: ⁊ facies illius sudario erat
ligata. Dicit eis ihesus. Soluite
eum: ⁊ sinite abire. Multi ergo ex iudeis
qui venerat ad maria et martham
et viderant que fecit ihesus: crediderunt
in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt
ad phariseos: ⁊ dixerunt eis que
fecit ihesus. Collegerunt ergo pontifices
et pharisei concilium ⁊ dicebant. Quid
facimus: quia hic homo multa signa
facit? Si dimittimus eum sic: omnes
credent in eum. Et venient romani: et
tollent locum nostrum ⁊ gentem. Vnus
autem ex ipsis caiphas nomine: cum esset
pontifex anni illius dixit eis. Vos nescitis quicquam: nec cogitatis: quia expedit
vobis ut unus moriatur homo: pro
populo: ⁊ non tota gens pereat. Hoc autem
a semetipso non dixit: sed cum esset
pontifex anni illius: prophetauit: quia ihesus
moriturus erat pro gente. Et non tantum
pro gente: sed ut filios dei qui erant
dispersi congregaret in unum. Ab illo ergo
die cogitauerunt ut interficerent eum.
Ihesus ergo iam non palam ambulabat
apud iudeos: sed abiit in regionem
iuxta desertum in ciuitatem que dicitur
Effrem: ⁊ ibi morabatur cum discipulis
suis. Proximum autem erat pascha
iudeorum: ⁊ ascenderunt multi ierosolimam
de regione ante pascha: ut sanctificarent semetipsos. Querebant ergo ihesum:
⁊ collocuebantur ad invicem in
templo stantes. Quid putatis quia
non venit ad diem festum illum? Dederant autem pontifices et pharisei

mandatum: ut si quis cognouerit
vbi sit indicet: ut apprehendant eum. (xi)
Ihesus ergo ante sex dies pasche venit
bethaniam vbi lazarus fuerat mortuus:
quem suscitauit ihesus. Fecerunt autem
ei cenam ibi et martha ministrabat: lazarus
autem vnus erat ex discumbentibus
cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti
nardi pistici pretiosi ⁊ unxit pedes
ihesu: ⁊ extersit pedes eius: rapillis suis:
et domus impleta est ex odore unguenti.
Dixit ergo unus ex discipulis eius iudas
scariothis qui erat eum traditurus.
Quare hoc unguentum non venit trecentis denariis: ⁊ datum est egenis?
Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat: et loculos habens ea que mittebantur portabat. Dixit ergo ihesus. Sinite illam:
ut in die sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum:
me autem non semper habetis. Cognouit ergo
turba multa ex iudeis quia illic est: ⁊
venerunt non propter ihesum tantum: sed
ut lazarum viderent quem suscitauit a mortuis.
Cogitauerunt autem principes sacerdotum ut lazarum interficerent: ⁊ multi
propter illum abibant et credebant in ihesum. In crastinum autem turba
multa que venerat ad diem festum
cum audissent quia venit ihesus ierosolimam accepterunt ramos palmarum:
et processerunt obuiam ei et clamabant:
osanna: benedictus qui venit in nomine
domini ex israel. Et inuenit ihesus asellum:
⁊ sedit super eum sicut scriptum est.
Noli timere filia sion: ecce ex eius ue
nit sedens super pullum asine. Hec non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando
glorificatus est ihesus tunc recordati
sunt quia hec erant scripta de eo: ⁊ hec
fecerunt ei. Testimonium ergo phibebat
turba que erat cum eo quando lazarum
vocauit de monumento: ⁊ suscitauit
eum a mortuis. Propterea obuiam
venit ei turba: quia audierunt eum fecisse
hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad
semetipsos. Videtis quia nichil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit.
Erat autem quidam gentiles ex hiis qui ascenderant ut adorarent in die festo. Hii ergo
accesserunt ad philippum qui erat a bethsayda galilee: ⁊ rogabant eum dicentes.
Domine: volumus ihesum videre. Venit philippus: et dixit andree. Andreas
rursum ⁊ philippus dixerunt ihesu. Ihesus autem respondit eis dicens. Venit hora
ut clarificetur filius hominis. Amen
amen dico vobis: nisi granum frumenti
cadens in terram mortuum fuerit: ipsum
solum manet. Si autem mortuum fuerit:
multum fructum affert. Qui amat animam suam: perdet eam. Et qui odit anima
suam in hoc mundo: in vitam eternam
custodit eam. Si quis mihi ministrat:
me sequatur. Et ubi sum ego: illic et
minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater
meus. Nunc anima mea turbata est.
Et quid dicam? Pater saluifica me ex
hac hora. Sed propter hoc veni in hanc
hanc. Pater dilifica nomen tuum. Venit
ergo vox de celo dicens. Clarificauit: ⁊
iterum clarificabo. Turba ergo que stabat et audierat dicebat tonitruum esse factum.
Alii autem dicebant. Angelus ei locutus
est. Respondit ihesus: ⁊ dixit. Non
propter me hec vox venit: sed propter vos.
Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps
huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: omnia traham
ad meipsum hoc autem dicebat: significans
qua morte esset moriturus. Respondit
ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia

ristus manet in eternũ. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filiũ hois? Et quis ē iste filius hominis? Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicũ lumē in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: ut non vos tenebre vos cõprehendãt. Et qui ambulat ī tenebris: nescit quo vadit. Dum lucem habetis credite in lucem: ut filij lucis sitis. Hec locutus est ihesus: et abiit ⁊ abscõdit se ab eis. Cũ autē tanta signa fecisset coram eis nõ credebãt in eum: ut sermo ysaie impleretur quē dixit. Dñe quis credidit auditui nro: et brachiũ dñi cui revelatũ est? Propterea non poterãt credere: qꝛ iterũ dixit ysaias. Excecauit oculos eorum ⁊ induravit cor eorũ: ut non videant oculis ⁊ intelligãt corde et conuertantur ⁊ sanem eos. Hec dixit ysaias quãdo vidit gloriã eius: ⁊ locus est de eo. Verũtamẽ et ex principibus multi crediderũt in eum: sed propter phariseos nõ cõfitebantur: ut de synagoga nõ eicerentur. Dilexerũt enim gloriam hominũ magis q̃ gloriam dei. Ihesus autē clamauit ⁊ dixit. Qui credit in me: nõ credit in me: sed in eum qui misit me. Et qui videt me: videt eum qui misit me. Ego lux in mundũ venio: ut omnis qui credit in me in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea ⁊ non custodierit: ego non iudico eũ. Non enim veni ut iudicem mundũ: sed ut saluificem mundũ. Qui spernit me et non accipit verba mea: habet q̃ iudicet eum. Sermo quē locutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego ex meipo nõ lũ locutus: sed q̃ misit me pater ipse michi mandatũ dedit: quid dicam et quid loquar. Et scio: quia mãdatũ eius vita eterna est. Que ergo ego loquor: sicut dixit michi pater sic loquor. ¶ xiij

Ante diem festũ paschę sciens ihesus qꝛa venit hora eius ut trãseat ex hoc mũdo ad patrem: cũ dilexisset suos qui erant in mũdo: in finem dilexit eos. Et cena facta cum byabolus iam misisset in cor ut traderet eum iudas simonis scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater in manus et qꝛa a deo exiuit et ad deum vadit: surgit a cena ⁊ ponit vestimenta sua: et cũ accepisset linteum pãnxit se. Deinde mittit aquã ī pelluim: ⁊ cepit lauare pedes discipulorũ: ⁊ extergere linteo quo erat pãcinctus. Venit ergo ad simonem petrum. Et dicit ei petrus. Dñe tu michi lauas pedes? Respondit ihesus: ⁊ dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autē postea. Dicit ei petrus. Non lauabis michi pedes in eternũ. Respondit ei ihesus. Si non lauero te nõ habebis partem mecũ. Dicit ei simon petrus. Domine: nõ tantũ pedes meos: sed ⁊ manus et caput. Dicit ei ihesus. Qui lotus est nõ indiget nisi ut pedes lauet: sed est mũdus tot⁹. Et vos mũdi estis: sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. Propterea dixit: non estis mũdi omnes. Postq̃ ergo lauit pedes eorũ accepit vestimenta sua: et cum recubuisset iterũ dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister ⁊ dominus: et bene dicitis. Sum enim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus ⁊ magister: ⁊ vos debetis alter alter⁹ lauare pedes. Exemplũ enim dedi vobis: ut quēadmodũ ego feci vobis ita et vos faciatis. Amen amẽ dico vobis: nõ est seruus maior domino suo: neq; apostolus maior est eo qui misit illũ. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea.

Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim. Sed ut adimpleatur scriptura: qui mãducat mecũ panem leuabit contra me calcaneũ suũ. Amodo dico vobis priusq̃ fiat: ut cũ factũ fuerit credatis quia ego sum. Amen amen dico vobis: qui accipit si quem misero me accipit. Qui autem me accipit: accipit eum qui me misit. Cum hec dixisset ihesus turbatus est spiritu: ⁊ protestatus est ⁊ dixit. Amen amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebãt ergo ad invicem discipuli: hesitantes de quo diceret. Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu ihesu: quem diligebat ihesus. Innuit ergo huic simon petrus: et dixit ei. Quis est de quo dicit? Iteq; cum recubuisset ille supra pectus ihesu dixit ei. Dñe quis est? Respondit ihesus. Ille est cui ego intinctũ panẽ porrexero. Et cum intinxisset panẽ: dedit iude simonis scariothis. Et post buccellã introiuit in eum sathanas. Et dicit ei ihesus. Quod facis fac cito. Hoc autē nemo sciuit discũbentiũ: ad quid dixerat ei. Quidã enim putabãt quia loculos habebat iudas vt dixisset ei ihesus. eme ea que opus sunt nobis ad diem festũ: aut egenis vt aliquid daret. Cũ ergo accepisset ille buccellã: exiuit continuo. Erat autē nox. Cũ ergo exisset dixit ihesus. Nunc clarificatus est filius hominis: ⁊ deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo: et deus clarificabit eum in semetipso: et continuo clarificabit eum. Filioli: adhuc modicũ vobiscum sum. Quaeretis me: et sicut dixi iudeis quo ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mãdatũ nouũ do vobis: ut diligatis inuicẽ sicut dilexi vos: ut et vos diligatis inuicẽ. In hoc cognoscẽt omnes quia discipuli estis mei: si dilectionẽ habueritis ad inuicem. Dicit ei simon petrus. Dñe quo vadis? Respondit ihesus. Quo ego vado non potes me modo sequi: sequeris autē postea. Dicit ei petrus. Quare nõ possũ te sequi modo? Animã meã p te ponam. Respondit ei ihesus. aiam tuã p me pones? Amẽ amẽ dico tibi: nõ cãtabit gall⁹ donec ter me negeris. ¶ xiiij

Et ait discipulis suis. Non turbetur cor vestrũ. Creditis in deũ: et in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus: dixissem vobis quia vado parare vobis locum. Et si abiero ⁊ parauero vobis locum: iterũ venio ⁊ accipiam vos ad meipsũ: ut vbi sum ego ⁊ vos sitis. Et quo ego vado scitis: ⁊ viam scitis. Dicit ei thomas. Dñe: nescimus quo vadis. Et quomõ possumus viam scire? Dicit ei ihesus. Ego sum via ⁊ veritas et vita. Nemo venit ad patrem nisi p me. Si cognouisseis me: et patrem meum utiq; cognouisseis. Et amodo cognoscetis eũ: ⁊ vidistis eum. Dicit ei philipus. Dñe: ostende nobis patrem et sufficit nobis. Dicit ei ihesus. Tanto tempore vobiscũ sũ et nõ cognouistis me? Philipe: qui videt me videt patrem. Quomõ tu dicis ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre ⁊ pater in me est? Verba que ego loquor vobis: a meipso non loquor. Pater autē in me manens: ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre ⁊ pater ī me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me opera que ego facio ⁊ ipse faciet: et maiora horũ faciet. Quia ego ad patrem vado: ⁊ qđcũq; petieritis patrem

in nomine meo hec faciat: ut glorificet
pater in filio. Si quid petieritis me i
nomine meo hoc faciam. Si diligitis
me: mandata mea seruate. Et ego ro-
gabo patrem et aliu paraclitu dabit
vobis ut maneat vobiscu i eternu spi-
ritu veritatis: quē mundus nō potest ac-
cipere: quia non videt eu nec scit eum.
Vos aut cognoscetis eum: qa apud
vos manebit: z in vobis erit. Non
relinquā vos orphanos: veniam ad
vos. Adhuc modicu: z mundus me iā
non videt. Vos aut videbitis me: qa
ego viuo et vos viuetis. In illo die
vos cognoscetis quia ego sum i patre
meo: z vos in me: z ego i vobis. Qui
habet mandata mea z seruat ea: ille est
qui diligit me. Qui aut diligit me: di-
ligetur a patre meo. Et ego diligam
eum: et manifestabo ei meipm. Dicit
ei iudas: nō ille scariothis. Domine
quid factu est qa manifestatus es nō-
bis mipm: et non mūdo? Respondit
ihesus: et dixit ei. Si quis diligit me
sermonē meu seruabit: et pater me? di-
liget eum: z ad eum veniemus: z man-
sionē apud eum faciem?. Qui non di-
ligit me: sermones meos non seruat.
Et sermonē quē audistis non est me?:
sed eis qui misit me patris. Hec locu-
tus sum vobis: apud vos manens.
Paraclitus aut spiritus sanctus quē
mittet pater in nomine meo ille vos
docebit omia: z suggeret vobis omia
quecūq; dixero vobis. Pacem relin-
quo vobis: pacem meam do vobis.
Non quomō mundus dat: ego do vo-
bis. Non turbetur cor vestū: neq; for-
midet. Audistis quia ego dixi vobis:
vado z venio ad vos. Si diligeretis
me: gauderetis utq; qua vado ad
patrem: quia pater maior me est. Et
nunc dixi vobis priusq; fiat: ut cum
factu fuerit credatis. Iam non multa
loquar vobiscu. Venit enim princeps
mūdi hui?: et in me non habet quicq;.
Sed ut cognoscat mundus qa diligo
patrē: et sicut mādatu dedit michi pater
sic facio. Surgite: eamus hinc.

Ego sum vitis vera: z pater meus
agricola est. Omnē palmitem
in me non ferentem fructu tollet eum:
et omnē qui fert fructu purgabit eum:
ut fructu plus afferat. Iam vos mūdi
estis: pter sermonē quē locutus sum
vobis. Manete i me: z ego in vobis.
Sicut palmes nō potest ferre fructu a se
metipo nisi mānet in vite: sic nec vos
nisi in me mānetis. Ego sum vitis:
vos palmites. Qui manet in me et
ego in eo hic fert fructu multu: quia si-
ne me nichil potestis facere. Si quis
in me non manet mittetur foras si-
cut palmes z arefet: z colligent eum
et in ignem mittent z ardet. Si man-
setis in me z verba mea in vobis mā-
serint: qdcūq; volueritis petetis: z fie-
et vobis. In hoc clarificatus est pater
meus: ut fructu plurimu afferatis: et
efficiamini mei discipli. Sicut dilexit
me pater: z ego dilexi vos. Manete in
dilectione mea. Si precepta mea seua-
uerit manebitis in dilectione mea:
sicut z ego patris mei pecepta seruaui:
et maneo i eo dilectione. Hec locu? su
vobis: ut gaudiu meu sit in vobis: et
gaudiu vestru impleatur. Hoc est pre-
ceptu meu: ut diligatis inuicē sicut di-
lexi vos. Maiorē hac dilectionē nemo
habet: q̄ ut animā suā ponat quis p
amicis suis. Vos amici mei estis: si fe-
ceritis que ego ēpto vobis. Iam nō
dicam vos seruos: quia seruus nescit
quid faciat dōs eius. Vos aut dixi

amicos: qa omia quecūq; audiui a
patre meo nota fecī vobis. Non vos me
elegistis sed ego elegi vos: z posui vo?
ut eatis z fructu afferatis: z fructus ve-
ster maneat: ut qdcūq; petieritis patrē
in nomine meo det vobis. Hec mādo
vobis: ut diligatis inuicem. Si mūn-
dus vos odit: scitote quia me priorē
vobis odio habuit. Si de mundo fu-
isstis: mundus qd suu erat diligeret.
Quia vero de mūdo nō estis: sed ego
elegi vos de mūdo: pterea odit vos
mūdus. Memētote sm̄onis mei: quē
ego dixi vobis. Non est seruus maior
dōo suo. Si me persecuti sunt et vos p-
sequent. Si sermonē meu seruauerūt:
et vrm seruabūt. Sed hec omia facient
vobis pter nomē meū: quia nesciūt
eum qui misit me. Si non venissem
et locutus fuissem eis: peccatū non ha-
berent. Nunc aut excusationē non ha-
bent de peccato suo. Qui me odit: et
patrē meū odit. Si opera nō fecissem
in eis que nemo alius fecit: peccatum
non haberent. Nunc autem et viderūt
et odierūt: me z patrē meū. Sed ut ad-
impleat sermo q̄ in lege eo? scriptus est:
quia odio habuerūt me gratis. Cum
aut venerit paraclitus quē ego mittā
vobis a patre spiritū veritatis q̄ a pa-
tre predit: ille testimoniū phibebit de
me. Et vos testimonium phibebitis:
quia ab initio mecum estis.

Hec locu? sum vobis: ut nō scan-
dalizemini. Abiciē bmagogis
facient vos. Sed venit hora: ut omis
qui interficit vos arbitretur obsequiu
se prestare deo. Et hec facient vobis:
De temporibus autem et momentis fratres non indigetis ut scribam vobis. Ipsi enim diligenter scitis: quia dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dicerent pax et securitas: tunc repentinus eis superveniet interitus sicut dolor in utero habentis: et non effugient. Vos autem fratres non estis in tenebris: ut vos diem ille tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filii lucis estis: et filii diei. Non estis noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut et ceteri: sed vigilemus et sobrii simus. Qui enim dormiunt nocte dormiunt: et qui ebriji sunt nocte ebriji sunt. Nos autem qui diei sumus sobrii simus: induti loricam fidei et caritatis et galea spem salutis: quoniam non posuit nos deus in iram sed in adquisitionem salutis per dominum nostrum ihesum cristum qui mortuus est pro nobis: ut sive vigilemus sive dormiamus: simul cum illo vivamus. Propter quod consolamini invicem et edificate alterutrum: sicut et facitis. Rogamus autem vos fratres ut noveritis eos qui laborant inter vos et sunt vobis in domino et monent vos: ut habeatis illos abundantius in caritate propter opus illorum et pacem habete cum eis. Rogamus autem vos fratres: corripite inquietos: consolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini invicem et in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas dei in christo ihesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere: prophetas nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia: ut integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in adventu domini nostri ihesu cristi custeat. Fidelis est qui vocavit vos: qui etiam faciet. Fratres: orate pro nobis. Salutate fratres omnes: in osculo sancto. Adjuro vos per dominum: ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri ihesu cristi vobiscum amen. Explicit epistola prima ad thessalonicenses incipit epistola secunda ad thessalonicenses.

Ad thessalonicenses secunda scribit ipsam apostolus: non tamen facit eis de reproborum nullomodo et de adversarii delectione. Scribit hanc epistolam ab athenis per unum diaconem et onesimum acolitum. Explicit argumentum epistole secunde ad thessalonicenses.

Paulus et silvanus et timotheus: ecclesie thessalonicensium in deo patre nostro et domino ihesu cristo: gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu cristo. Gratias agere debemus semper deo pro vobis fratres ita ut dignum est: quia supercrescit

fides vra et abundat caritas vnius cuiusq; vrm in invicē: ita ut et nos ipsi
in vobis gloriēr in ecclesijs dei p pa-
tiēcia vra et fide et in omibus persecuō-
nibus vestris et tribulationibus q̄s su-
stinetis in exemplū iusti iudicij dei: ut
digni habeamini i regno dei pro quo
et patimini: si tamen iustū est apud de-
um retribuere tribulationē hijs q̄ vos
tribulāt: et vobis q̄ tribulamini requi-
em nobiscū in revelatione dñi ihesu de
celo cum ang̃elis virtutis ei: i flamma
ignis dantis vindictā hijs qui nō no-
verunt deū et q̄ nō obediūt euangelio
dñi nri ihesu cristi. Qui penas dabunt
in interitu eternas a facie dñi et a gla
uirtutis eius: cū venerit glorificari in
sanctis suis: et admirabilis fieri in omni-
bus q̄ credidерūt: quia creditū est testimo-
nium nrm super nos i die illo. In quo
etiā oramus semp pro vobis ut dignet
vos vocatione sua deus: et impleat
omne voluntatem bonitatis sue et opus
fidei i virtute: ut clarificet nomen dñi
nri ihesu cristi i vobis: et vos i illo: secū
dū gratiam dei nri et dñi ihesu cristi. ¶

Rogamus autē vos fratres p ad
ventū dñi nostri ihesu cristi et nre
congregationis i ipm: ut nō cito mo-
veamini a vro sensu neq; terreamini
neq; p spiritum neq; per sermonē neq;
per epistolā tanq̄ per nos missam: q̄si
instet dies dñi. Ne quis vos seducat
ullo modo. Quoniā nisi venerit discē-
sio primū: et revelat̄ fuerit homo peca-
ti filius perditionis: q̄ adversatur et ex-
tollitur supra omne q̄ dicitur de aut
quod colit: ita ut i templo dei sedeat
ostendēs se tanq̄ sit deus. Nō reminis-
cis quia adhuc essem apud vos hec di-
cebam vobis? Et nūc quid detineat
scis: ut revelet in suo tempore. Nam
mistериum iā operat iniquitatis: tan-
tum ut qui tenet nūc teneat: donec de
medio fiat. Et tunc revelabit ille ini-
quus quē dñs ihesus interficiet spiri-
tu oris sui: et destruet illustratione ad-
ventus sui: eum cuius est adventus secū
dū operationē satanae i omni virtute et
signis et prodigijs mendacijs et in o-
mni seductione iniquitatis hijs qui pe-
ribunt: eo q̄ caritatē veritatis non rece-
perunt ut salui fierēt. Ideo mittet illis
deus operationē errōris ut credāt men-
dacio: ut iudicētur omes q̄ nō credi-
derunt veritati: sed consenserūt iniqui-
tati. Nos aūt debemus gratias agere
deo semp pro vobis fratres dilecti a do-
o: q̄ elegerit nos deus primitias in salu-
tem in sanctificatione spiri et in fide
veritatis: in quā et vocavit vos per e-
angeliū nostrū i acquisitione glorie
dñi nostri ihesu cristi. Itaq; fratres state
et tenete traditiones q̄s didicistis:
sive per sermonē sive per epistolā nram.
Ipse aūt dñs noster ihesus cristus et de
et pater noster qui dilexit nos et dedit
consolationē eternā et spem bonā i gra-
tia exhortet corda vestra et confirmet
in omni opere et sermone bono. ¶

De cetero fratres orate pro nobis
ut sermo dei currat et clarificetur
sicut et apud vos: et liberemur ab im-
portunis et malis hominibus. Nō enim
omnium est fides. Fidelis aūt dñs i qui
confirmabit vos: et custodiet a malo.
Confidimus aūt de vobis fratres i do-
mino: quia que precipimus et facitis: et fa-
cietis. Dñs aūt dirigat corda vestra i
caritate dei: et patientia cristi. Denun-
tiamus aūt vobis fratres i nomine dñi
nri ihesu cristi: ut subtrahatis vos ab
omni fratre ambulante inordinate: et
nō secūm traditionem quā acceperūt

a nobis. Ipsi enim scitis quēadmodū
oporteat imitari nos: quia nō inquieti
sumus inter vos neq; gratis panem
mānducavimus ab aliquo: sed i labore
et in fatigatione nocte et die operātes:
ne quē vestrū gravarem̄. Non quasi
nō habuerim̄ potestatē: sed ut nosmet
ipsos formā daremus vobis ad imitan-
dum nos. Nā et cū essem apud vos
hoc denūciabamus vobis: quia si quis
non vult operari: nec mānducet. Audi-
mus enim inter vos quosdā ambulātes
inquiete nichil operātes: sed curiose a-
gentes. Hijs aūt q̄ eiusmodi sunt denū-
ciamus et obsecramus in dño ihesu cristo
ut cū silentio operātes: suū panē mānducā-
ent. Vos aūt fres nolite deficere bene
facientes. Quod si q̄s nō obedit verbo
nro p epistam hūc notate: et nō misce-
amini cū illo ut confundat̄. Et nolite q̄si
inimicū existimare: sed corripite ut fratrem.
Ipse aūt dns pacis det vobis pacem
sempiternā i omni loco. Dñs cū omni-
bus vobis. Salutatio mea manu pau-
li: q̄d est signum in omni epla. Ita scribo.
Gratia dñi nri ihesu cristi cū omibus vo-
bis amen. Explicit epla secda ad thes-
salonicēs. Incipit argumentum incipit
epla prima ad timotheum.

Timotheū instruit et docet
de ordinatione episcopat̄
et diaconij et de ecclesiasti-
ce disciplina: scribēs ei a la-
odicia q̄ rithicii diaconē. Explicit ar-
gumentum. Incipit epla ad timo-
theum primū Capitulum primū.

Paulus apostolus ihesu ri-
sti secundū imperium
dei saluatoris nri et
cristi ihesu spei nre:
timotheo dilecto fi-
lio in fide: gratia et misericordia et pax
a deo patre et cristo ihesu domino nro.
Sicut rogavi te ut remanes epheso cū
eres in macedoniā: ut denūciares qui-
busdam ne aliter docerent: neq; inten-
derent fabulis et genealogijs interminatis:
q̄ questiones prestant magis
q̄ edificationē dei que est in fide. Finis
aūt precepti est caritas: de corde puro
et conscientia bona: et fide nō ficta. Q̄ qui-
bus quidā abertēntes aversi sunt in va-
niloquiū: volentes esse legis doctores
non intelligentes neq; q̄ loquunt̄: neq;
de quibus affirmāt. Scim̄ aūt quia
bona est lex si quis ea legitime utatur:
sciens hoc quia lex iusto nō est posita
sed iniustis et non subditis: impijs et
peccatoribus scelestis et rōtaminatis
patricidis et matricidis hominicidis for-
nicatijs masculorū sodomitis plagi-
atijs mēdacibus et periuris: et si q̄d aliud
sane doctrine adversat: q̄ secūm euāge-
lium glorie beati dei quod creditū est
mihi. Gratias ago ei q̄ me confortavit
in cristo ihesu dño nro: quia fidēlē me
existimavit ponēs i ministerio. Qui
prius blasphemus fui et persecutor et con-
tumeliosus: sed misericordiā dei cōsecutus
sum q̄a ignorās feci in incredulitate.
Superabūdavit aūt gratia dñi nostri
cum fide et dilectione q̄ est in cristo ie-
su. Fidelis sermo et omni acceptione dig-
nus: quia cristus ihesus venit i hūc
mundū peccatores salvos facere: quo-
rum primus ego sum. Sed ideo mise-
ricordiā consecutus sum: ut i me primo
ostenderet cristus ihesus omnem patientiā
ad informationem eorū q̄ credituri sūt
illi in vitam eternā. Regi aūt seculorū
immortali invisibili soli deo honor et
gloria: in secula seculorū amen. Hoc
preceptū commendo tibi fili timotheo

secundum precedentes in te prophetias: ut milites in illis bonā militiam habens fidem ⁊ bonam conscientiam. Quā quidam repellentes circa fidem naufragauerūt: et quibus est hymeneus et alexander quos tradidi satanae: ut discant non blasphemare. ¶

Obsecro igit̄ primum omniū fieri obsecrationes orationes postulationes gratiarū actiones pro omnibus hominibus: pro regibus ⁊ omnibus qui in sublimitate sūt: ut quietā ⁊ tranquillā vitam agam⁹ i omni pietate et castitate. Hoc enim bonū est ⁊ acceptū coram saluatore nō deo: q̄ omnes homines vult saluos fieri: ⁊ ad agnitionē veritatis venire. Unus enim deus unus ⁊ mediator dei ⁊ hominū homo christus ihesus: qui dedit redemptionē semetipsum pro omnibus. Cuius testimoniū temporibus suis cōfirmatū est: in quo positus sū ego p̄dicator ⁊ aplus. Veritatē dico non mentior: doctor gentiū in fide ⁊ veritate. Volo ergo viros orare in omni loco: leuantes puras manus sine ira ⁊ disceptatione. Similiter ⁊ mulieres habitu ornatū cū verecundia ⁊ sobrietate ornantes se: ⁊ nō in tortis crinibus aut auro aut margaritis uel veste pretiosa: sed q̄d decet mulieres promittentes pietatē p opera bona. Mulier i silentio discat cū omni subiectione. Docere autem mulierē nō permitto neq; dominari in virū: sed esse i silentio. Adam enim primus formatus est deinde eua: ⁊ adā nō est seductus: mulier autē seducta in preuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorū generationem: si permanserit in fide et dilectione ⁊ sanctificatione cū sobrietate. ¶

Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat: bonum opus desiderat. Oportet enim episcopū irreprehensibilem esse: unius uxoris virū: sobriū: ornatū: pudicū: hospitalē: doctorem: non uinolentū: nō cullorem: sed modestum: nō litigiosum: nō cupidū: sed suī domui bene p̄positū: filios habentē subditos cū omni castitate. Si q̄s autem domui suē p̄esse nesciat: quomodo ecclesie dei diligentiā habebit? Non neophitū: ne in superbiā elatus i iudiciū incidat diabuli. Oportet autē illū et testimoniū habere bonū ab his q̄ foris sunt: ut nō in opprobriū incidat et in laqueū diabuli. Diaconos similiter pudicos: non bilingues: non multo uino additos: nō turpe lucri sectātes: habentes mysteriū fidei i cōscientia pura. Et hi autē p̄bentur primū: ⁊ sic ministrent nullū crimen habētes. Mulieres similiter pudicas: nō detractrices: sobrias: fideles i omnibus. Diaconos sint unius uxoris uiri: q̄ filios suos bene p̄ssunt: ⁊ sua domibus. Qui enim bene ministrauerint: gradū bonū sibi acquirent: ⁊ multā fiduciā in fide que est in cristo ihesu. Hec tibi scribo fili timothee: sperans me ad te uenire cito. Si autē tardauero: ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari que est ecclesia dei uiui: columna ⁊ firmamentum veritatis. Et manifeste magnū est pietatis sacramentum q̄ manifestatum est in carne: iustificatum est in spiritu: apparuit angelis predicatum est gentibus: creditum est in mundo: assumptum est in gloria. III

Spiritus autē manifeste dicit: q̄a in nouissimis temporibus discedent quidā a fide: attendentes spiritibus erroris ⁊ doctrinis demoniorū in ypocrisi loquentū mendacū ⁊ cauteriatam habentū suā conscientiā: prohibentū nubere: abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendū cū gratiarū actione fidelibus ⁊ his q̄ cognouerunt veritatē. Quia omis creatura dei bona: et nichil reiciendū q̄d cū gratiarū actione p̄ipitur. Sanctificat enim per verbū dei et orationē. Hec proponens fratribus bonus eris minister christi ihesu: enutritus verbis fidei ⁊ bone doctrine quā assecutus es. Ineptas autē ⁊ aniles fabulas deuita. Exerce autē teipsum ad pietatē. Nā corporalis exercitatio ad modicū utilis est. Pietas autē ad omnia utilis est: promissionē habens vite que nūc est et future. Fidelis sermo: ⁊ omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus ⁊ maledicimur quia sperauimus in deū viuū: q̄ est saluator omnium hominū: maxime fidelium. Precipe hec et docē. Nemo adolescentiā tuā contemnat: sed exemplū esto fidelium i verbo: in conuersatione: in caritate: i fide: in castitate. Dū venio attende lectioni exhortationi doctrine. Noli negligere gratiam que in te est: que data est tibi per propheciam cū impositione manuū p̄sbiterij. Hec meditare: et his esto: ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi ipsi ⁊ doctrine: instā i illis. Hoc enim faciēs ⁊ teipsum saluū facies: ⁊ eos q̄ te audiūt. Seniorē ne increpauerīs: sed obsecra ut patrem: iuuenes ut fratres: anus ut matres: iuuenculas ut sorores i omni castitate. Viduas honora: que vere vidue sūt. Si qua autē vidua filios aut nepotes habet: discat primum domū suā regere ⁊ mutuā vice reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram deo. Que autē vere vidua est et desolata spereat in deū: ⁊ instet obsecrationibus ⁊ orationibus nocte ⁊ die. Nā que in delitijs est viuens mortua est. Et hoc p̄cipe: ut irreprehensibiles sint. Si quis autē suorū ⁊ maxime domesticorū curam nō habet: fidem negauit: ⁊ est infideli deterior. Vidua eligatur nō minus sexagīta annorū: que fuerit unius viri vxor: in operibus bonis testimonium habens: si filios educauit: si hospitio recepit: si sanctorū pedes lauit: si tribulationē patientibus sumministrauit: si omne opus bonū subsecuta est. Adolescentiores autē viduas deuita. Cum enim luxuriate fuerit in cristo nubere volūt: habentes damnationē: q̄a primā fidem irritā fecerūt. Simul autē ⁊ otiose discunt circuire domos: nō solum otiose sed ⁊ verbose ⁊ curiose: loquentes q̄ nō oportet. Volo autē iuniores nubere: filios procreare: matres familias esse: nullā occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quidā auerse sunt retro sathanam. Si q̄s fidelis habet viduas sumministret illis ut non grauetur ecclesia: ut his q̄ vere vidue sūt sufficiat. Qui bene presunt p̄sbiteri duplici honore digni habeātur: maxime q̄ laborāt in verbo ⁊ doctrina. Dicit enim scriptura. Non infrenabis os bouī triturāti. Et dignus est operarius mercede sua. Aduersus p̄sbiterū accusationē noli recipere: nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccātes coram omnibus argue: ut ⁊ ceteri timorē habeāt. Testor coram deo et cristo ihesu ⁊ electis angelis: ut hec custodias sine p̄iudicio: nichil facēs altera parte declinando. Manus cito nemini imposueris: neq; communicaueris peccatis alienis. Teipsum castū custodi. Noli adhuc aquā bibere: sed modico uino utere propter stomachū tuū et frequentes tuas infirmitates. Quorundem hominū peccata manifesta sunt p̄cedentia ad iudiciū: quosdā autem

subiecimur. Similiter et facta bona
manifesta sunt: et que aliter se ha-
bent abscondi non possunt. ¶
Quicuq; sūt sub iugo seui dūos
suos omni honore dignos arbi-
trent: ne nomē dni & doctrina blasphe-
metur. Qui aūt fideles habent dōos
nō despiciāt quia frres sūt: sed magis
seruiāt qa fideles sūt & dilecti: qa bene-
ficij participes sunt hr doc: & exhortare.
Si qs aliter docet: & nō acquiescit sa-
nis sermonibus dni nri ihesu cristi: et ei
que secōm pietatē ē doctrine: superbus
nichil sciens sed languēs circa questi-
ones & pugnas verbor: ex quibus oriū-
tur invidie dissensiones blasphemie su-
spiciones male dificationes hominū
mente corruptorū & ab veritate priuati
sūt: existimantū questū esse pietatē. Est
aūt questus magnus: pietas cum suf-
ficientia. Nichil enī intulimus in hunc
mūdū: haut dubium qa nec auferre qd
possumus. Habentes aūt alimenta et ihis
tegami: his contenti simus. Nam & volunt
diuites fieri: incidūt i tentationē & i la-
queū diabboli & desideria multa inutilia
et nociua: q mergūt homines i interitū
et perditionē. Radix enī omnū malorū est
cupiditas: quā qdā appetentes errauer-
unt a fide: & inseruerūt se doloribus multis.
Tu aūt o homo dei hec fuge. Sectare ve-
ro iusticiā: pietatē: fidē: caritatē: patien-
tiā: mansuetudinem. Certa bonū certa-
mē: apphende vitā eternā: i qua vocat'
es & confessus bonā confessionē coram multis
testibus. Precipio tibi coram deo q viuifi-
cat oia & cristo ihesu q testimoniū red-
didit sub pōtio pylato bonam confessio-
nem: ut serues mādatū sine macula ir-
reprehensibile usq; i aduentū dni nostri
ihesu cristi: quē suis temporibus ostendet
bat' & solus potēs rex regū & dominus
dominantiū: q solus habet immortalita-
tem & lucē inhabitat inaccessibilē: quē
nullus hominū vidit sed nec videre potest:
cui honor & imperiū sempiternū amen.
Divitibus huius seculi precipe nō sublime
sapere: neq; sperare in incerto divitiarū
sed i deo viuo q ptat nobis oia abunde
ad fruendū: bene agere: diuites fieri i bo-
nis operibus: facile tribuere: communicare:
thesaurizare sibi fūdamentū bonū in
futuro: ut apphendāt veram vitā. O thi-
mothee depositū custodi: deuitās pfa-
nas vocū nouitates et oppositiones
falli nomis scientie: quā quidā pmittē-
tes circa fidem erraūerūt. Gratia tecū amē.

Explicit epla prima ad thymotheum.
Incipit argumentū in epistam ad tim-
otheum

Timothe scribit de exhortatione
maritij & omnis regule veritatis: & qd
futuri sint temporibus nouissimis: & de fua
passione: scilicet a roma. Explicit argu-
mentum. Incipit epla ij ad timoth. :

Paulus apostol'
ihesu cristi p voluntā
tem dei secōm pmissi-
onem vite q est in cri-
sto ihesu timotheo
carissimo filio: gra-
tia & misericordia & pax a deo patre nro et
cristo ihesu domino nro. Gratias ago deo
meo cui seruio a progenitoribus meis
in conscientia pura: q sine intermissione
habeam tui memoriā in orationibus
meis nocte ac die desiderans te videre
memor lacrimarū tuarū ut gaudio im-
plear. Recordationē accipiēs eē fidei
que est in te non ficta & q habitauit pri-
mū in auia tua loride & matre tua nunc
te. Certus sū aūt q et in te. propter quā
causam admoneo te ut resuscites gratī-
am dei q est inter per impositionē ma-
nūm meaē. Non enim dedit nobis deus
spiritū timoris sed virtutis et dilectio-
nis & sobrietatis. Noli itaq; erubescere
testimonium domini nostri neq; me
vinctū eius: sed collabora euangelio
secōm virtutē dei q nos liberauit & vo-
cauit vocatione sua sancta: nō secōm o-
pera nostra sed secōm propositum suū et
gratiā: que data ē nobis i cristo ihesu
ante tempora secularia. Manifestata ē au-
tē nūc p illuminationē saluatoris nri
ihesu cristi: qui destruxit quidē mortē:
illuminauit aūt vitā et incorruptio-
nem p euangelium: in quo positus sum
ego predicator et apostolus et magister
gentiū. Ob quā causam etiā hec patior:
sed nō erubescō. Scio enī cui credidi:
et certus sum quia potens est depositū
meū seruare i illo die. Formam habe
sanor verbor q a me audisti in fide et
in dilectione in cristo ihesu. Bonū depo-
situm custodi q spiritū sanctū qui ha-
bitat in nobis. Scis enī hr q omnes qui
sunt a me omnes q in asia sūt: ex quib
est phigelus et hermogenes. Det mise-
ricordia dōs onesiphori domui: qa sepe
me refrigerauit & catenam meā non
erubuit: sed cū romam venisset sollici-
te me quesiuit & inuenit. Det illi dōs in-
uenire misericordiā a deo i illa die. Et quā
tā ephesi ministrauit michi tu melius
Tu ergo fili mi confortare. ¶
Gratia i gratia q est in cristo ihesu:
et que audisti a me p multos testes hec
commenda fidelibus hominibus qui idō-
nei erūt & alios docere. Laborā sicut bo-
nus miles cristi ihesu. Nemo militans
deo implicat se negotiis secularibus:
ut ei placeat cui se probauit. Nā et q
certat in agone non coronabitur nisi
legitime certauerit. Laborantē agricō-
lam oportet primū de fructibus accipere.
Intelligo que dico: dabit enī tibi dns
in omnibus intellectū. Memor esto dōm
ihesum cristū resurrexisse a mortuis ex
semine dauid secōm euangeliū meū in
quo laboro usq; ad vincula sicut male
operans: sed verbum dei nō ē alligatum.
Ideo oia sustineo: pter electos: ut
et ipi salutē cōsequantur q est in cristo
ihesu cū gloria celesti. Fidelis sermo. Nā
si cōmortui sumus & conuiuemus: si sus-
tinebimus & conregnabimus: si negaue-
rimus & ille negabit nos: si non credi-
mus ille fidelis permanet: negare se ipsum
nō potest. Hec autem commone
testificās coram deo. Noli contendere ver-
bis: ad nichil enim vtile ē nisi ad sub-
uersionem audientū. Sollicite aūt
cura te ipsum probabilē exhibere deo: ope-
rariū inconfusibilē recte tractantē verbū
veritatis. Prophana aūt et inaniloq-
uia deuita. Multū enī proficiūt ad im-
pietatē: et sermo eorū ut cancer serpit. Ex
quibus est hymeneus & philetus: q a ve-
ritate ego deuiti dicentes resurrectionem
esse iam factā: & subuertēt quorūdā
fidem. Sed firmū fūdamentū dei stat: ha-
bens signaculū hoc. Cognouit dominus
q sūt eius: & discedat ab iniquitate
omnis qui nominat nomē dni. In ma-
gna aūt domo nō solum sūt vasa au-
rea & argentea: sed & lignea & fictilia: &
quedā quidē in honorē: quedā aūt in
contumeliam. Si qs ergo emundauerit
se ab istis: erit vas i honorē sanctificā-
tum: et vtile dōo ad omne opus bonū
paratū. Iuuenilia aūt desideria fuge:
sectare vero iusticiā fidem spem & cari-
tatē & pacem cū his qui inuocant do-
minū de corde puro. Stultas autē et
sine disciplina questiones deuita: scis
qa generant lites. Seruū aūt dni nō
oportet litigare: sed mansuetū esse ad
omnes: docibilē: patientē cū modestia

corripiente eos ꝗ resistunt veritati: ne
quando det illis penitentiam ad
agnoscendam veritatem · et resipi
scat a diabolo laqueis: a quo captiui
tenentur ad ipius voluntatem. ¶

Hoc autem scito quia in nouissimis
diebus · instabunt tempora pericu
losa: erunt homines seipsos amantes:
cupidi · elati · superbi · blasphemi · parentibus
non obedientes · ingrati · scelesti · sine
affectione sine pace · criminatores · in
continentes · inmites · sine benignitate
proditores · protenti · tumidi et volu
ptatum amatores · magis quam dei: ha
bentes speciem quidem pietatis · uirtutem
autem eius abnegantes. Et hos deuita.
Ex hijs enim sunt qui penetrant domos
et captiuas ducunt mulierculas onu
stas peccatis · que ducuntur varijs
desideriis: semper discentes · et nunquam ad
scientiam veritatis peruenientes. Quoda
modo autem iannes et mambres resti
terunt moysi · ita et hij resistunt veritati:
homines corrupti mente · reprobi circa
fidem: sed ultra non proficient. Insi
pientia enim eorum manifesta erit omni
bus: sicut et illorum fuit. Tu autem assecu
tus es meam doctrinam · institutionem
propositum · fidem · longanimitatem · di
lectionem · patientiam · persecutiones · passio
nes: qualia michi facta sunt antiochi
e · iconio · lystris: quales persecutiones
sustinui: et de omnibus eripuit me dominus.
Et omnes qui pie volunt uiuere in cri
sto ihesu persecutionem patiemur. Mali autem
homines et seductores proficient in
peius: errantes et in errorem mittentes.
Tu uero permane in hijs que didicisti
et credita sunt tibi: sciens a quo didiceris · et qa ab infantia sacras litteras
nosti · que te possunt instruere ad salu
tem per fidem que est in cristo ihesu. Omnis
scriptura diuinitus inspirata · utilis est
ad docendum · ad arguendum · ad corripi
dum · ad erudiendum in iustitia: ut perfectus sit
homo dei ad omne opus bonum instructus. ¶

Testificor coram deo et ihesu cri ¶
sto qui iudicatur est uiuos et mor
tuos · et aduentum ipius et regnum eius:
predica verbum insta opportune impor
tune · argue · obsecra · increpa in omni
patientia et doctrina. Erit enim tempus
cum sanam doctrinam non sustinebunt:
sed ad sua desideria congregabunt sibi
magistros prurientes auribus: et a ueri
tate quidem auditum auertent · ad fabulas
autem conuertentur. Tu uero uigila · in omni
bus labora: opus fac euangeliste · mi
nisterium tuum impleto sobrius esto. Ego
enim iam deliboor: et tempus resolutionis
meae instat. Bonum certamen certaui:
cursum consummauit: fidem seruauit. In
reliquo reposita est michi corona iustitie:
quam reddet michi dominus in illa die iu
stus iudex. Non solum autem michi sed et
his qui diligunt aduentum eius. festina
ad me uenire cito. Demas enim me reli
quit diligens hoc seculum et abiit thessa
lonicam · cresces in galatiam · titus in
dalmatiam: lucas est mecum solus. Marcum
assume et adduce tecum: est enim mi
chi utilis in ministerio. Tychicum autem
misi epheso. Pennulam quam reliqui co
ad apud carpum veniens affer mecum et
libros: maxime autem membranas. Alexander
aerarius multa mala michi ostendit: reddet illi dominus secundum opera eius: quem
et tu deuita. Valde enim restitit uerbis
nostris. In prima mea defensione nemo
michi affuit · sed omnes me dereli
querunt: non illis reputetur. Dominus autem
michi astitit et confortauit me ut per me pri
cipio mutetur: et audiat omnes gentes
et liberatus sum de ore leonis. Liberauit

me dominus ab omni opere malo · et saluum
faciet in regnum suum celeste: cui gloria in se
cula seculorum amen. Saluta priscillam
et aquilam: et onesiphori domum. Erastus
remansit corinthi: trophimum autem reli
qui infirmum mileti. festina ante hyem
em uenire. Salutant te eubolus et
pudens et linus et claudia: et fratres
omnes. Dominus ihesus cristus cum spiri
tu tuo. Gratia uobiscum amen. Explicit
epistola ad timotheum secunda · incipit ar
gumentum in epistolam ad titum.

Titum commone facit et in
struit de constitutione sacerdotij et de spirituali conuer
satione et hereticis uitandis: qui traditionibus iudaicis credunt: scri
bens ei a nycopoli. Explicit argumentum · incipit epistola ad Titum. j.

Paulus seruus dei apo
stolus autem ihesu cri
sti secundum fidem electorum dei et agnitionem veritatis · que
secundum pietatem est in
spem uite eternae: quam promisit qui non
mentitur deus ante tempora secularia · eta
manifestauit autem temporibus suis verbum
suum in predicatione · que credita est michi
secundum preceptum saluatoris nostri dei:
tito dilecto filio secundum communem fidem
gratia et pax a deo patre et christo ihesu
saluatore nostro. Huius rei gratia reli
qui te eerete ut ea que desunt corrigas:
et constituas per ciuitates presbiteros sicut
et ego disposui tibi si quis sine crimine
unius uxoris uir: filios habens fi
deles non in accusatione luxurie aut
non subditos. Oportet enim episcopum si
ne crimine esse sicut dei dispensatorem:
non superbum non iracundum non uinu
lentum non percussorem · non turpis lucri
cupidum: sed hospitalem benignum · sobrium
iustum · sanctum · continentem · amplectentem
eum qui secundum doctrinam fidelem sermo
nem: ut possit exortari in doctrina
sana · et eos qui contradicunt arguere.
Sunt enim multi etiam inobedientes · uaniloqui et seductores · maxime qui de circumcisione sunt quos oportet redargui: qui universas domos subuertunt
docentes quod non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis · proprius eorum
propheta. Cretenses semper mendaces
male dicte ueneris pigri. Testimonium
hoc uerum est. Quam ob causam increpa illos duro ut sani sint in fide: non
intendentes iudaicis fabulis et mandatis
hominum auertentium se a veritate. Omnia
munda mundis: coinquinatis autem et
infidelibus · nichil est mundum: sed inquinate
sunt eorum et mens et conscientia. Confitentur se nosse deum factis autem negant:
cum sint abominati et incredibiles et
ad omne opus bonum reprobi. ¶

Tu autem loquere que decent sana
doctrina. Senes ut sobrij sint:
pudici · prudentes · sani in fide: in dilectione · in patientia. Iuuenes similiter ut habeant
sancto: non criminatrices · non multo
uino seruientes: bene docentes ut prudentiam doceant. Adolescentulas · ut uiros
suos ament: filios suos diligant: pru
dentes · castas · sobrias bonas curam ha
bentes · benignas · subditas uiris suis:
ut non blasphemetur uerbum dei. Iuue
nes similiter hortare ut sobrij sint. In
omnibus seipsum prebe exemplum bonorum
operum: in doctrina · in integritate · in gra
uitate. Verbum sanum irreprehensibile: ut
is qui ex aduerso est ueretur: nichil ha
bens malum dicere de nobis. Seruos
dominis suis subditos esse in omnibus placentes: non contradicentes · non fraudantes.

sed in omnibus fidem bonā ostendentes:
ut doctrinam saluatoris nri dei ornet
in omnibus. Apparuit enim gratia dei
et saluatoris nostri omnibus homi-
nibus erudiens nos: ut abnegantes
impietatem et secularia desideria · sō-
brie et iuste et pie viuamus in hoc se-
culo: expectantes beatam spem et ad-
ventum glorie magni dei et saluato-
ris nri ihesu cristi: qui dedit semetipsum
pro nobis ut nos redimeret ab omni
iniquitate: ⁊ mundaret sibi populū acce-
pabilem sectatorem bonorum operū.
Hec loquere ⁊ exhortare: ⁊ argue cum
omni imperio. Nemo te deneat. III

Admone illos principibus ⁊ po-
testatibus subditos esse: dicto o-
bedire: ad omne op⁹ bonū paratos esse:
neminē blasphemare: non litigiosos
esse · sed modestos: omnē ostendentes
mansuetudinē ad omnes homines. Erant
nri aliquādo ⁊ nos insipientes incredu-
li errantes seruientes desideriis ⁊ volupta-
tibus variis: in malicia ⁊ invidia agentes:
odibiles · odientes invicē. Cū autē benig-
nitas ⁊ humanitas apparuit saluato-
ris nri dei nō ex operibus iusticie q̄
fecimus nos sed sōm suā misericordiam
saluos nos fecit per lauacrū regenerationis
et renouationis spiritus sancti: quē effudit
in nos abunde p ihesum cristū
saluatorem nostrū: ut iustificati gratia
ipius heredes simus sōm spem vite e-
terne. Fidelis sermo est. Et de hijs volo te
confirmare: ut curent bonis operibus pre-
esse qui credūt deo. Hec sūt bona et vtilia
hominibus. Stultas autē questiones
et genealogias et contentiones ⁊ pugnas
legis deuita. Sūt enim inutiles et vane.
Hereticū hominem post vnā et sēdam
correptionē deuita: scies quia subuersus
est qui eiusmodi est: ⁊ delinquit cū sit
proprio iudicio damnatus. Cū misero
ad te artemam aut tychicū festina
ad me venire nicopolim. Ibi enim statui
hyemare. Zenam legisperitū ⁊ apol-
lo sollicite premite: ut nichil illis deest.
Discant autem et nri tuis operibus pre-
esse ad vsus necessarios: ut nō sint in-
fructuosi. Salutant te qui mecū sunt o-
mnes. Saluta eos q̄ nos amāt i fide.
Gratia dei cum omnibus vobis amē.

Explicit epla ad tytū. Incipit ar-
gumentū in eplam ad philemonem.

Philemoni familiares li-
teras facit p onesimo fa-
mulo eius: scribens ei ab urbe
roma de carcere pro su-
pradicto eius furtum. Explicit ar-
gumentū. Incip epla ad philemonem ·

Paulus vinctus ex-
ti ihesu ⁊ timotheus
frater: philemo-
ni dilecto adiutori
nro · ⁊ apie sorori
carissime ⁊ aragio
commilitoni nro: et ecclesie que i domo
tua est. Gratia vobis et pax a deo pa-
tre nro: et dno ihesu cristo. Gratias a-
go deo meo semp memoriā tui faciēs
in orationibus meis audiens caritatem
tuā ⁊ fidem quā habes in dno ihe-
su ⁊ in omes sanctos: ut cōunicatio
fidei tue euidēs fiat i agnitione omis
operis boni in cristo ihesu. Gaudiū enim
magnū habui ⁊ solatiū in caritate
tua: qa viscera sanctorū requiescunt per
te frater. Propter quod multa fiducia
habens in cristo ihesu imperandi
tibi quod ad rem pertinet: propter caritat-
em magis obsecro cū sis talis ut pau-
lus senex nūc autem ⁊ vinctus ihesu cristi:
obsecro te p meo filio quē genui i vin-
culis onesimo q̄ tibi aliquādo inutilis

fuit: nūc autem et mihi ⁊ tibi utilis: quē
remisi tibi. Tu autē illū ut mea viscera
suscipe. Quē ego volueram mecū detine-
re: ut pro te mihi ministraret i vinculis
euangelij. Sine cōsilio autē tuo ni-
chil voluī facere: vt ne velut ex necessi-
tate bonū tuū esset · sed voluntariū. Fo-
rsitan enim ideo discessit ad horā a te · ut
eternū illū recipias: iam nō vt seruum
sed pro seruo carissimū fratrem: maxime
mihi. Quāto autē magis tibi: et i car-
ne et i dno? Si ergo habes me socium:
suscipe illū sicut me. Si autē aliqd no-
cuit tibi aut debet: hoc mihi imputa.
Ego paulus scripsi mea manu. Ego
reddam: ut non dicā tibi q ⁊ teipm mi-
hi debes. Ita frater ego te fruar in do-
mino: refice viscera mea i cristo. Con-
fidens in obedientia tua scripsi tibi: scies
quē et supra id qd dico facies. Simul et
para mihi hospiciū: nā spero p orationes
vras donari me vobis. Salutat
te epafras captiuus me⁹ in cristo ihe-
su: marcus aristarchus demas ⁊ lucas
adiutores mei. Gratia dni nri ihesu
cristi cū spiritu vestro amen. Explicit
epla ad philemonem. Incipit argu-
mentū in eplam ad hebreos ·

Et primis dicendū est cur aplus pau-
lus i hac epla scribendo nō seruauerit
ordinem suum: ut vel vocabulū nominis
sui vel ordinis deceberet dignitatem.
Hec paulus est q̄ ad eos scribes ⁊ ex cir-
cumcisione credideranc ēt gentū apo-
stolus ⁊ nō hebreor: scients quoꝫ eos
superbiam: iniqꝫ humilitatē ipe denō-
tās meritū officij sui voluit attestare.
Mā simili modo etiā iohānes aplus
propter humilitatē in epla sua nomē
sui tacēdo ratione nō prodit. Hanc ergo
eplam fecit apostol⁹ ad hebreos con-
scripta hebraica lingua multis: cuius
sensum ⁊ ordinē retinens lucas euan-
gelista post excessum apostoli pauli
greco sermone cōposuit. Explicit arg⁹
Incipit epistola ad hebreos ·

Multifarie multisqꝫ
modis olim deus
loquēs patribus in
prophetis: nouissi-
me diebus istis locu-
tus est nobis in filio
quē dixerunt heredem vniuersoꝝ: p quē
fecit et secla. Qui cū sit splendor glorie
et figura substāte eius · portansq̄ omia
verbo virtutis sue purgationē peccā-
torū faciens: sedet ad dexterā maiesta-
tis in excelsis tanto melior angelis ef-
fectus: quanto differentius pre illis no-
men hereditauit. Cui enim dixit aliquā-
do angelorū filius meus es tu ego hodie
genui te? Et rursum. Ego ero illi i
patrem: ⁊ ipse erit mihi in filiū. Et cū
rursum introducit primogenitū in orbē
terre dicit. Et adorent eum omnes an-
geli dei. Et ad angelos quidem dicit.
Qui facit angelos suos spiritus: et mi-
nistros suos flammā ignis. Ad filiū
autem. Thronus tuus deus in seculum
seculi: virga equitatis virga regni tui.
Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatem:
propterea unxit te deus deus tuus o-
leo exultationis pre participibus tuis.
Et tu in principio dne terram fundasti:
et opera manuū tuarum sunt celi. Ipsi
peribunt tu autē permanebis: ⁊ omnes
ut vestimentū veterascent. Et velut a-
midum mutabis eos ⁊ mutabūtur:
tu autem idem ipse es: ⁊ anni tui non
deficient. Ad quē autē angelorum di-
xit aliquādo sede a dextris meis: quo-
adusq̄ ponā inimicos tuos scabellū
pedū tuoꝝ? Nōne omes sūt administra-
torij spiritus? i ministerū missi propter

eos q̃ hereditate capiunt salutis? ij

Propterea abundantius oportet obtinere nos ea q̃ audiuimus: ne forte perfluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo factus est firmus: et si omnis preuaricatio et inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus si tanta negligentes sumus salutem? Que cum incipere accepisset enarrari per dominum: ab eis q̃ audierunt in nos firmata est: testante deo signis et prodigiis et uariis uirtutibus et spiritus sancti distributionibus secundum suam uoluntatem. Non enim angelis subiecit deus orbem terre futurum: de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco ait dicens. Quid est homo q̃ memores eius: aut filius hominis quoniam uisitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis: gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim q̃ omnia ei subiecit: nichil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum uidemus omnia subiecta ei. Eum autem q̃ modico minus ab angelis factum esse uidemus iesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum: ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia et per quem omnia: q̃ multos filios in gloriam adduxerat: auctorem salutis eorum per passionem consumare. Qui enim sanctificat et q̃ sanctificantur: ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos uocare dicens. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Et iterum. Ego ero fidens in eum. Et iterum. Ecce ego et pueri mei: quos dedit michi deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni et sanguini: et ipse similiter participauit eisdem: ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium id est diabolum: et liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruitutem. Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen abrahe apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari: ut misericors fieret et fidelis pontifex ad deum: ut repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse et tentatus: potens est eis q̃ tentantur auxiliari. iij

Vnde fres sancte uocationis celestis participes: considerate apostolum et pontificem confessionis nostre iesum: q̃ fidelis est qui fecit illum: sicut et moyses in omni domo eius. Amplioris enim glorie iste pre moyse dignus est habitus: quanto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit deus. Et moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in testimonium eorum que dicenda erant: christus uero tanquam filius in domo sua. Que domus sumus nos: si fiduciam et gloriam spei usque ad finem firmam retineamus. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra: sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto. Vbi tentauerunt me patres uestri: probauerunt et uiderunt opera mea quadragina annis. Propter quod infensus fui generationi huic: et dixi semper errant corde. Ipsi autem non cognouerunt uias meas: quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam. Videte fratres: ne forte sit in aliquo uirum cor malum incredulitatis discedendi a deo uiuo. Sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominatur ut non obdurentur quis ex uobis fallacia peccati. Participes enim christi effecti sumus: si tamen initium substantie nostre usque ad finem firmum retineamus: dum dicit hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbauerunt: sed non uniuersi qui profecti sunt ab egipto per moysen. Quibus autem iratus est quadragina annis: nonne illis qui peccauerunt: quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius: nisi illis qui incredulii fuerunt? Et uidemus quia non potuerunt introire in requiem ipsius propter incredulitatem. iiij

Timeamus ergo: ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem: existimet aliquis ex nobis deesse. Etenim et nobis uanum est quemadmodum et illis: sed non profuit illis sermo audiri? non admixtus fidei ex ipsis qui audierunt. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus: quemadmodum dixit. Sicut iurauit in ira mea: si introibunt in requiem meam. Etquidem operibus ab institutione mundi perfectis: dicit enim quodam loco de die septima sic. Et requiuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum. Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam: et hii quibus prius annunciatum est non introierunt propter incredulitatem: iterum prefinit diem quendam hodie in dauid dicendo post tam longum tempus sicut supradictum est: hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra. Nam si eos ipsum requiem ipsum fecisset: numquam de alia loqueretur post hanc die. Itaque relinquitur sabbatismus populo dei. Qui enim ingressus est in requiem eius: ipse requiescit ab operibus suis sicut et a suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem: ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est enim sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingens usque ad diuisionem animae ac spiritus: compagum quoque ac medullarum: et discretor cogitationum et intentionum cordis. Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius: ad quem nobis sermo. Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit celos iesum filium dei: teneamus spei nre confessionem. Non enim habemus pontificem q̃ non possit compati infirmitatibus nris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratie: ut misericordiam consequamur et gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

Omnis namque pontifex ex v hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his que sunt ad deum: ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant et errant: qui et ipse circumdatus est infirmitate: et propter eam debet quemadmodum et pro ipso: ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisque sumit sibi honorem: sed q̃ uocatur a deo tanquam aaron. Sic et christus non semetipsum clarificauit ut pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodum et in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternum: secundum ordinem melchisedech. Qui in diebus carnis sue preces supplicationesque ad eum qui possit illum saluum facere a morte: cum clamore ualido et lacrimis: offerens: exauditus est pro sua reuerentia. Et quidem cum esset filius dei didicit ex his q̃ passus est obedientiam: et consummatus

factus est omnibus obtemperantibus sibi
causa salutis eterne: appellatus a deo
pontifex secundum ordinem melchisedech. De
quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles
facti estis ad audiendum. Etenim cum debeatis magistri esse propter tempus: rursum indigetis ut vos doceamini que
sint elementa exordii sermonum dei: et facti estis quibus lacte opus sit non solido
cibo. Omnis enim qui lactis est participes:
expers est sermonis iustitie. Parvulus
enim est. Perfectorum autem est solidus cibus:
eorum qui ipsa consuetudine exercitatos
habent sensus ad discernendum boni ac mali.

VI

Quapropter imitantes in-
cipientem sermonem christi eamur: non rursum iacentes fundamentum penitentie ab operibus mortuis: et fidei ad deum. baptismatum doctrine: impositionis quoque manuum: ac resurrectionis mortuorum: & iudicii eternum.
Et hec faciemus: si quidem permiserit deus.
Impossibile enim est eos qui semel sunt
illuminati: gustaverunt etiam donum celeste: et participes facti sunt spiritus sancti: gustaverunt nichilominus bonum
dei verbum virtutesque seculi venturi: & prolapsi sunt: rursus renovari ad penitentiam: rursum crucifigentes filium dei: et ostentui habentes. Terra enim
sepe venientem super se bibens imbrem
et germinans herbam oportunam illis a
quibus colitur accipit benedictionem a deo:
proferens autem spinas ac tribulos
reproba est et maledicto proxima: cuius consumatio in combustionem. Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora et viciniora salutis: tamen si ita loquimur. Non enim iniustus deus ut
obliviscat operis vestri & dilectionis quam
ostendistis in nomine ipsius: qui ministratis
sanctis et ministratis. Cupimus autem
unum quemque vestrum eandem ostentare solicitudinem ad expletionem spei usque in
finem ut non segnes efficiamini: verum
imitatores eorum qui fide et patientia
hereditabunt promissiones abrahe
nam cum promisisset deus: quia neminem
habuit per quem iuraret maiorem: iuravit
per semetipsum dicens: nisi benedicens be-
nedicam tibi et multiplicans multiplicabo te: & sic longanimiter patiens
est repromissionem. Homines enim
per maiorem sui iurant: et omnis eorum
finis ad confirmationem est iuramentum.
In quo abundantius volens deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem consilii sui: interposuit iusiurandum: ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deum: fortissimum solatium habeamus qui confugimus
ad tenendam propositam spem: quam sicut
anchoram habemus animae tutam ac firmam et intrantem usque ad interiora
velaminis: ubi precursor pro nobis intravit iesus secundum ordinem melchisedech pontifex factus in eternum.

VII

Hic enim melchisedech rex salem
sacerdos dei summi qui obviavit
abrahe regresso a cede regum: et benedixit ei: cui et decimas omnium divisit
abraham: primum quidem qui interpretatur rex iustitie: deinde autem et rex salem quod
est rex pacis: sine patre: sine matre: sine
genealogia: neque initium dierum neque finem
vite habens: assimilatus autem filio dei
manet sacerdos in perpetuum. Considerate autem quantus sit hic: cui et decimas dedit
de precipuis abraham patriarcha: Et
quidem de filiis levi sacerdotium accipientes: mandatum habent decimas sumere
a populo secundum legem id est a fratribus suis:
quamvis et ipsi egressi de lumbis abrahe.

cuius autem generatio non annumeratur
in eis: decimas sumpsit ab abraham:
et hunc qui habebat repromissiones
benedixit. Sine ulla autem contradictione:
quod minus est a meliore benedicitur. Et
hic quidem decimas morientes homines
accipiunt: ibi autem testatur quia vivit.
Et ut ita dicam per abraham: et levi: qui
decimas accipit decimatus est. Adhuc
enim in lumbis patris erat: quando obviavit ei melchisedech. Si ergo consumatio per sacerdotium levitarum erat: populus enim
sub ipso legem accepit: quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem melchisedech
alium surgere sacerdotem & non secundum ordinem aaron dici? Translato enim sacerdotio: necesse est ut et legis translatio fiat.
In quo enim hec dicunt de alia tribu est:
de qua nullus altario oblatus fuit. Manifestum est enim quod ex iuda ortus sit dominus
noster: in qua tribu nichil de sacerdotibus moyses locutus est. Et amplius adhuc
manifestum est: si secundum similitudinem
melchisedech exsurgat alius sacerdos
qui non secundum legem mandati carnalis factus est: sed secundum virtutem vite insolubilis. Contestat enim: quoniam tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Reprobatio quidem precedentis mandati
propter infirmitatem eius et inutilitatem. Nichil enim ad perfectum adduxit
lex. Introductio vero melioris spei per
quam proximamus ad deum: quantum est
non sine iureiurando. Alii quidem sine
iureiurando sacerdotes facti sunt: hic
autem cum iureiurando per eum qui dixit ad
illum. Iuravit dominus et non penitebit eum:
tu es sacerdos in eternum. In tantum melioris testamenti pontifex factus est iesus.
Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem eo quod maneat in eternum
sempiternum habet sacerdotium. Unde et
salvare in perpetuum potest accedentes per
semetipsum ad deum: semper viventes ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat
ut nobis esset pontifex: sanctus innocens: impollutus: segregatus a peccatoribus: & excelsior celis factus. Qui non
habet necessitatem quotidie quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis
hostias offerre: deinde pro populi. Hoc
enim fecit semel se offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurandi quod
post legem est filium in eternum perfectum.

VIII

Capitulum autem super ea que dicuntur.
Talem habemus pontificem: qui consedit in dextera sedis magnitudinis
in celis sanctorum minister: & tabernaculi
veri: quod fixit deus & non homo. Omnis
enim pontifex ad offerendum munera et
hostias constituitur. Unde necesse est hunc
habere aliquid quod offerat. Si ergo esset
super terram: nec esset sacerdos cum essent
qui offerunt secundum legem munera qui
exemplari & umbre deserviunt celestium: sicut responsum est moysi cum consummaret
tabernaculum. Vide inquit omnia facito
secundum exemplar: quod tibi ostensum est
in monte. Sunt autem melius sortitus est
ministerium quanto & melioris testamenti mediator est: qui in melioribus repromissionibus sanctum est. Nam si illud
prius culpa vacasset: non utique secundi
locus inquireretur. Vituperans enim eos dicit. Ecce dies veniunt dicit dominus: & consummabo super domum israhel et super
domum iuda testamentum novum: non secundum testamentum quod fecerunt patribus eorum
in die qua apprehendi manum eorum ut educerem illos de terra egypti: quia ipsi
non permanserunt in testamento meo: et ego neglexi eos dicit dominus. Quia hoc est

testamentū quod disponū domui israel
post dies illos dicit dñs · dabo leges
meas i mente eorū · et i corde eorū superscribam eas: et ero eis in deū: et ipi erūt mihi in pplm. Et nō docebit unusquisq; proximū suū et unusquisq; fratrem suū dicēs cognosce dñm: quia omnes scient me a minore usq; ad maiorem: quia propitius ero iniquitatibus eorū · et peccatorū eorū iā non memorabor. Dicendo aūt nouū: veterauit ppm. Qd aūt antiquat · et senescit: pr interitū ē.

Habuit quidē · et prius iustificationes culture: · sanctū seculare. Tabernaculū enī factum ē primū · in quo erant candelabra · mensa et ppositio panū quod dicit sancta: post velamentum aūt secūm tabernaculū qd dicitur sancta sanctorū aureū habēs thuribulū et archam testamēti circumtectā ex omni parte auro: in qua urna aurea habēs manna · et virga aaron que fronduerat · et tabule testamenti: super qā cherubin gloriē obumbrātia ppiatorium: de quibus non ē modo dicendū p singula. Ipso vero ita cōpositis · in pori quidē tabernaculo semp intrabāt sacerdotes sacrificiorū officia cōsummātes: i secūdo aūt semel i anno solus pontifex non sine sanguine quē offerret pro sua · et plebis ignorantia: hoc significāte spiritu sancto nondū patēte esse sanctorū viā adhuc priore tabernaculo habēte statū. Que parabola ē temporis instans: iuxta quā munera · hostie offerebāt q nō possūt iuxta cōscientiā perfectū facere seruientē: solūmodo in cibo et potibus · et in variis baptismatibus · et iustitiis carnis: usq; ad tempus correctionis impositis. Christus aūt assistens pontifex futurorū bonorū p amplius · et perfectius tabernaculū nō manufactū id est non huius creationis: neq; per sanguinē hircorū aut vitulorū sed p proprium sanguinē introiuit semel i sancta: eterna redēptione inuēta. Si enī sanguis hircorū · et taurorum · et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emūdationē carnis: quātomagis sanguis christi q̄ per spiritum sanctū semetipm obtulit immaculatū deo emūdabit cōscientiā nrām ab operibus mortuis ad seruiendū deo viuentī. Et ideo nouī testamenti mediator est: ut morte intercedente · in redemptionem eorū p̄uaricationū · que erāt sub priori testamento: repromissionē accipiāt q̄ vocati sunt eterne hereditatis. Vbi enī testamentū: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentū enī · i mortuis firmatū est. Aliquin nondum valet: dū viuit q̄ testatus est. Vnde nec primū quidē sine sanguine dedicatū est. Lecto enim omni mādato legis a moyse vniuerso ppo: accipiens sanguinē vitulorū · et hircorū cū aqua · et lana coccinea et hyssopo: ipm quoq; librū et omnem ppm aspersit dicēs. Hic sanguis testamenti: quē mandauit ad vos deus. Etiā tabernaculū · et omnia vasa ministerij sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine secūm legem mūdentur: et sine sanguinis effusione nō fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidē celestiū hoīs mundari: ipa aūt celestia melioribus hostiis q̄ istis. Non enim in manufacta sancta ipesus intrauit exemplaria verorum: sed in ipm celū: ut apparet nūc vultui dei p nobis. Neq; ut sepe offerat semetipm: quemadmodū pontifex intrat in sancta p singulos anos in sanguine alieno. Aliquin oportebat eū frequenter pati ab origine mundi. Nunc aūt semel in consummatione seculorū · ad destitutionē peccati pr hostiam suā apparuit. Et quēadmodū statutū est hominibus semel mori · post hoc aūt iudicium: sic et christus semel oblatus est ad multorū exhauriendā peccata: secō sine peccato apparebit omnibus exspectantibus se in salutem.

Vmbrā enī habens lex futurorū bonorū non ipam imaginē rerū: pr singulos annos eisdem ipis hostiis quas offerūt indesinēter · numq; potest accedētes perfectos facere. Aliquin cessallent offerri: dico q̄ nullā haberēt ultra cōscientiā peccati cultores semel mūdati. Sed in ipis commemoratio peccatorū p singulos anos fit. Impossibile enī est sanguine thaurorū et hircorum auferri peccata. Idco ingrediens mundū dicit. Hostiā · et oblationē noluisti: corpus aūt aptasti michi. Holocausto mata et pro peccato nō tibi placuerūt. Tūc dixi. Ecce venio. In capite libri scriptum ē de me: ut faciā deus voluntatem tuā. Superius dicēs · quia hostias · et oblationes · et holocausto mata et p peccato noluisti · nec placita sūt tibi que secūm legem offerunt · tūc dixi ecce venio · ut faciā deus voluntatem tuā: auferet primum ut sequēs statuat. In qua voluntate sanctificati sumus: pr oblationē corporis christi ihesu semel. Et omnis quidē sacerdos stat q̄ quotidie ministrās: · easdē sepe offerens hostias · que non possunt auferre peccata. Hic aūt vnā p peccatis offerens hostiam in sempiternū sedet · i dextera dei: de cetero exspectās donec ponant inimici eius scabellū pedū eius. Vna enī oblatione consummauit in sempiternū sanctificatos. Consentit aūt nos · et spiritus sanctus. Postea enī dixit. Hoc aūt testamentū quod testabor ad illos post dies illos dicit dñs dabo leges meas i cordibus eorū · et i mentibus eorū superscribēs eas: et peccatorū · et iniquitatū eorū iā nō recordabor amplius. Vbi aūt horum remissio: iam non ē oblatio p peccato. Habentes itaq; fres fiduciā · i introitu sanctorum i sanguine christi quā iniciauit nobis viā nouā · et viuentem · p velamē id est carnē suā: · et sacerdotē magnū super domū dei: accedamus cū vero corde in plenitudine fidei aspersi corda · a conscientia mala: et abluti corpus aqua mūda: teneamus spei nrē cōfessionē indeclinabilē. Fidelis enī est q̄ repromisit. Et cōsideremus invicē in puocatione caritatis · et bonorū operū: nō deserentes collectionē nrām sicut consuetudinis est quibusdā sed cōsolantes: et tanto magis quāto videritis appropiquantem diē. Volūtarie enī peccantibus nobis post acceptā noticiā veritatis iā nō relinquit pro peccato hostia: terribilis aūt quēdā exspectatio iudicij et ignis emulatio: q̄ consumere ē aduersarios. Irritā q̄s faciēs legem moysi sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus morit: quanto magis putatis deteriora merēti supplicia qui filiū dei conculcauerit · et sanguinē testamenti polluit duxerit · in quo sanctificatus ē · et spiritui gratie cōuumeliam fecerit? Nouī enī qui dixit. Michi vindicta: ego retribuam. Et iterū. Quia iudicabit dñs ppm suū. Horrendū ē incidere in manus dei viuentis. Reuocamini aūt pristinos dies i quibus illuminati magnū certamen sustinuistis passionum: · i altero quidē opprobriis · et tribulationibus spectaculo facti: · i altero autē socij taliter conuersantium effecti. Etenim · et vinctis compassi estis: · et rapinam bonorum vestrorū cum gaudio suscepistis:

roguoscentes uos habere meliorem et
manentem substantiam. Solite itaq; a
mittere fiducia vestram: q; magna habet
remunerationem. Patientia enim vobis
necessaria est: ut voluntatem dei facientes
reporteris promissionem. Adhuc enim
modicum aliquantulum: q; venturus est
veniet: et non tardabit: iustus autem meus
ex fide viuit. Quod si subtraxerit se: non
placebit anime mee. Nos autem non su-
mus subtractionis filij in ꝑditionem: sed
fidei in acquisitionem anime. ¶

Est autem fides sperandarum substantia
rerum argumentum non apparentium.
In hac enim testimonium consecuti sunt
seniores. Fide intelligimus aptata esse se-
cula verbo dei: ut ex invisibilibus visibi-
lia fierent. Fide plurima hostia abel
q; ceyn obtulit deo: ꝑ quam testimonium
consecutus est esse iust: testimonium perhibe
munerib⁹ eius deo: et per illa defunctus ad-
huc loquitur. Fide enoch translatus est ne vi-
deret mortem: et non inueniebatur: qa transt-
tulit illum deus. Ante translationem enim
testimonium habuit placuisse deo. Sine
fide autem impossibile est placere deo.
Credere enim oportet accedentem ad deum
quia est: et inquirentibus se remunerator
sit. Fide noe responso accepto de hijs
que adhuc non videbant: metuens a
parauit arcam in salutem domus sue:
per quam damnauit mundum: iustice
que per fidem est heres est institus. Fide
qui vocat abraham obediuit in locum
egire quem accepturus erat in hereditatem:
et egiit nescienes quo iret. Fide demora-
tus est in terra repromissionis tanq; a
liena: in tabulis habitando cum ysaac
et iacob coheredibus repromissionis
eiusdem. Expectabat enim fundamenta
habentem ciuitatem: cui artifex et con-
dit⁹ deus. Fide et ipsa sara sterilis virtutem
in conceptione seminis accepit: etiam pre-
ter tempus etatis: quoniam fidelem credit
esse eum q; repromiserat. Propter quod
et ab uno orti sunt: et hoc emortuo tan-
q; sidera celi in multitudinem: et sicut are-
na que est ad oram maris innume-
rabilis. Iuxta fidem defuncti sunt omnes
isti non acceptis repromissionibus: sed
a longe eas aspicientes et salutantes:
et confitentes quia peregrini et hospites
sunt super terram. Qui enim hoc dicunt: si-
gnificant se patriam inquirere. Et si qui-
dem ipsius meminissent de qua exierant:
habebant utique tempus reuertendi. Sed
autem meliorem appetunt: id est celestem. Ipso
non confundit deus vocari deus eorum.
Paratum enim illis ciuitatem. Fide obtu-
lit abraham ysaac cum temptaretur: et unigeni-
tum offerebat in quo susceperat repro-
missiones: ad quem dictum est. qm in ysaac
vocabit tibi semen: arbitrans quia et
a mortuis suscitare potens est deus. Unde
eum et in parabola accepit. Fide et de
futuris benedixit ysaac iacob et esau.
Fide iacob moriens singulos filiorum
ioseph benedixit: et adorauit fastigium
virge eius. Fide ioseph moriens de
profectione filiorum israhel memoratus
est: et de ossibus suis mandauit. Fide
moyses natus occultatus est mensibus
tribus a parentibus suis eo q; viderint
elegantem infantem: et non timuerint re-
gis edictum. Fide moyses grandis factus
negauit se esse filium filie pharaonis: magis eligens affligi cum plo di-
temporalis peccati habere iocunditatem:
maiores diuitias existimans thesauro
egyptiorum imperium extitit. Aspiciebat
enim in remunerationem. Fide reliquit e-
gyptum: non timens animositatem regis.
Inuisibilem enim tanq; videns sustinuit.
Fide celebrauit pascha et sanguinis

effusionem: ne qui vastabat primitiua
tangeret eos. Fide transierunt mare
rubrum tanq; per aridam terram: quod
experti egiptij deuorati sunt. Fide muri
iherichi corruerunt circuitu diebus septem.
Fide raab meretrix non perijt cum in-
credulis: excipiens exploratores cum pa-
ce. Et quid adhuc dicam? Deficiet
enim me tempus enarrantem de gedeon
barach samson iepte david samuhel
et prophetis: qui per fidem vicerunt re-
gna operati sunt iustitiam: adepti sunt
repromissiones. Obturauerunt ora le-
onum: extinxerunt impetum ignis. Effu-
gauerunt aciem gladij: conualuerunt de in-
firmitate: fortes facti sunt in bello. Ca-
stra inuerterunt exercituum: acceperunt mulieres
de resurrectione mortuos suos. Alij
autem distenti sunt non suscipientes re-
demptionem: ut meliorem inuenirent resur-
rectionem. Alij vero ludibria et verbera
experti insuper vincla et carceres: lapi-
dati sunt secti sunt temptati sunt: in oc-
cisione gladij mortui sunt. Circuierunt
in melotis in pellibus caprinis: egentes
angustiati afflicti quibus dignus non
erat mundus: in solitudinibus errantes
in montibus et speluncis et in
cauernis terre. Et hij omnes testimonio
fidei probati non acceperunt repromis-
sionem deo ꝑ nobis melius aliquid prouide-
rit: ut non sine nobis consummarentur. ¶

Igitur et nos tanta habentes impos-
tam nubem testium: deponentes omne
pondus et circumstans nos peccatum per
patientiam curramus ad propositum no-
bis certamen aspicientes in auctorem
fidei et consummatorem ihesum: q; pro-
posito sibi gaudio sustinuit crucem
confusione contempta atq; in dextera
sedis dei sedet. Recogitate enim eum tan-
talem sustinuit a peccatoribus aduersum
semetipsum contradictionem: ut ne fati-
gemini animis vestris deficientes. Nondum
enim usq; ad sanguinem restitistis
adnitentes peccatum repugnantes: et obli-
tus estis consolationis que vobis tan-
q; filijs loquitur dicens. Fili mi noli ne-
gligere disciplinam domini: neq; fatige-
ris dum ab eo argueris. Quem enim di-
ligit dominus castigat: flagellat autem
omnem filium quem recipit. In disciplina
perseuerate. Tanq; filijs vobis offer-
t deus. Quis enim filius quem non
corripit pater? Nam si extra disciplinam
estis cuius participes facti sunt omnes:
ergo adulteri et non filij estis. Deinde
patres quidem carnis nostre eruditores habuimus: et reuerebamur eos. Num
multomagis obtemperabimus patri
spirituum et viuemus? Et illi quidem in
tempore paucos dierum secundum voluntatem
suam eruditebant nos: hic autem
ad id quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem disciplina in
presenti quidem videtur non esse gaudij:
sed merore: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per ea reddet iustitiam.
Propter quod remissas manus et soluta
genua erigite: et gressus rectos facite pe-
dibus vestris: ut non claudicans quis
erret: magis autem sanetur. Pacem se-
quimini cum omnibus et sanctimoniam:
sine qua nemo videbit deum. Conten-
plantes ne quis deficiat gratie dei: ne qua
radix amaritudinis sursum germinans
impediat: et per illam inquinentur multi. Ne
quis fornicator aut prophanus ut esau:
qui pro una esca vendidit primitiua
sua. Scitote enim: quoniam et postea cupiens hereditare benedictionem
reprobatus est. Non enim inuenit pe-
nitentie locum: quamq; cum lacrimis inquisisset eam. Non enim accessistis ad

tractabile ⁊ accessibile igne et turbine
et caligine et procella et tube sonu et
voce verborum: quam q audierunt excusaverunt se ne eis fieret verbum. Non enim
portabant qd dicebat: ⁊ si bestia tetigerit montem lapidabit. Et ita terribile
erat qd videbat. Moyses dixit. Exercitus sum et tremebundus. Sed accessistis ad syon montem ⁊ ciuitatem dei viuentis ihesu celesti et multorum milia
angelorum sequentium ⁊ ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt i celis: ⁊ iudice omnium
deo et spiritus iustorum perfectorum ⁊ testamenti noui mediatore ihesum: ⁊ sanguinis aspersionem melius loquentem q
abel. Videte ne recuseris loquentem. Si enim illi nō effugerunt recusantes eum q super
terram loquebat: multo magis nos q de celis loquentem nobis auertimur: cuius
vox mouit terram tunc: nunc autem pronunciat dicens. Adhuc semel: ⁊ ego mouebo non solum terram sed ⁊ celum. Qd autem adhuc semel dicit: declarat mobilium translationem tanq factorum: ut maneant
ea q sunt immobilia. Itaq regnum immobile suscipientes habemus gratiam: per quam
seruiamus placentes deo cum metu et reuerentia. Etenim deus noster ignis consumens est.

Caritas fraternitas mane- xiij
at in nobis: ⁊ hospitalitatem nolite
obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam
angelis hospitio receptis. Memento
uinctorum tanq simul uincti: ⁊ laborantium tanq ipsi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus: ⁊ thorus
immaculatus. Fornicatores enim ⁊ adulteros iudicabit deus. Sint mores sine
auaricia: contenti presentibus. Ipse enim dixit. Non te deseram neq derelinq: ita
ut confidenter dicamus. Dominus michi adiutor est: nō timebo qd faciat michi homo. Memento prepositorum vestrorum qui
vobis locuti sunt verbum dei: quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem. Ihesus christus heri et hodie: ipse et in
secula. Doctrinis varijs et peregrinis
nolite abduci. Optimum est enim gratia
stabilire cor: nō escis q nō profuerunt
ambulantibus i eis. Habemus altare: de
quo edere nō habent potestatem q tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium inferunt
sanguis p peccato i sancta per pontifice:
horum corpora comsumuntur extra castra.
Propter qd et ihesus ut sanctificaret per
suum sanguinem populum extra portam passus
est. Exeamus igitur ad eum extra castra:
improperium eius portantes. Non enim
habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo: id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Benefacere autem et communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostiis mereri deum. Obedite prepositis vestris: et subiacete eis. Ipsi enim
pernoctant q ratione p animabus vestris reddituri: ut cum gaudio hoc faciant: ⁊ non
gementes. Hoc enim non expedit vobis. Orate p nobis. Confidimus enim q habemus
conscientiam bonam: i omnibus bene volentes conuersari. Amplius autem deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis q reduxit de mortuis pastorem magnum ouium i sanguine testamenti aeterni
dominum nostrum ihesum christum: aptet vos i omni
bono ut faciatis eius voluntatem: faciens i
vobis qd placeat coram se p ihesum christum: cui est
gloria i secula seculorum amen. Rogo autem vos
fratres: ut sufferatis verbum solacii. Etenim pauca
scripsi vobis. Cognoscite fratrem
nostrum timotheum dimissum: cum quo si celerius
venerit videbo vos. Salutate omnes prepositos vestros: et omnes sanctos. Salutant
vos de italia fratres. Gratia cum omnibus
vobis amen. Expliciunt epistole ad hebreos.

Incipit prefatio beati hieronimi presbiteri in librum actuum apostolorum.

Cantauit psalmista: ambulabunt de virtute in virtutes. Post apostoli pauli epistolas dubium uno
vobis volumine translatas: domnione rogatiane carissimi: actus apostolorum compellimur ut transferam
in latinum: que liberum nulli dubium est a
luca antiocheno arte medico: q postea inferuens paulo apostolo christi factus
est discipulus fuisse editum. Cenacres premit mysticis sepis onerosis magnitudo:
quia studia inuidorum reprehensione
digna putant ea que scribimus. Illorum nunq odio et detractione: inuante christo meum silebit eloquium.

Lucas igit antiocensis natione sirus: cuius laus i euangelio canit: apud antiochiam medicinae artis egregius: ⁊ apostolorum christi discipulus fuit:
postea usq ad confessionem paulii secutus apostoli: fuit comitem i virginitate
permanens: deo maluit seruire. Qui octogesimo ⁊ quarto annos etatis ages i
bithinia obiit plenus spiritu sancto:
quo instigante scripsit euangelium scribens: graecis fidelibus incarnationem dni fideli narratione ostendit:
cumque et patre dauid descendisse monstrauit. Cui nō immerito scribendorum
actuum apostolicorum praestas i ministerio datur: ut deo in dei pleno: et filio
ydiotismis extincto: oratione ab apostolis facta: sorte dominice electionis numerus compleret: sicq paulo columnarum apostolicis actibus datur:
q diu contra tumulum calcitrauit dns
legulei. Quod legendis et requirentibus
dei breui volui ostendere sermone:
ne proixus aliquid fastidiendum
prodidisse: fabas q operantes agricolae
oportet de suis fructibus edere. Quemadmodum sublecta est gratia: ut non
solum corporibus sed etiam animabus
eius proficere mediana. Explicit prefatio. Incipit liber actuum apostolorum. I.

Dominum quidem sermonem feci de omnibus
o theophile q cepit
ihesus facere et docere: usq i diem qua
precipiens apostolis
per spiritum sanctum quos elegit assumptus
est. Quibus et probauit seipsum uiuum post
passionem suam i multis argumentis: per
dies quadraginta apparens eis: ⁊ loquens de regno dei. Et conuescens praecepit eis ihesolimis ne discederent: sed
expectarent promissionem patris quam audistis inquit q os meum: quia iohannes
quidem baptizauit aqua: vos autem
baptizabimini spiritu sancto nō post
multos hos dies. Igitur q conuenerant interrogabant eum dicentes. Dnе:
si in tempore hoc restituis regnum israel?
Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora uel momenta que pater posuit i sua
potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti i vos: ⁊ eritis
michi testes in ihesu et in omni iudea
et samaria: ⁊ usq ad vltimum terre. Et
cum hec dixisset: videntibus illis eleuatus est: ⁊ nubes suscepit eum ab oculis eorum.
Cumq intuerentur in celum eunti illum: ecce
duo viri astiterunt iuxta illos i vestibus
albis: qui ⁊ dixerunt. Viri galilei quid
statis aspicientes in celum? Hic ihesus q
assumptus est a vobis i celum: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem i
celum. Tunc reuersi sunt ihesolimam a
monte qui vocat oliueti qui est iuxta
ihesualem: sabbati habens iter. Et cum

introiissent in cenaculũ: ascendẽrũt ubi
manebat petrus ⁊ iohannes ⁊ iacob⁹
et andreas philippus ⁊ thomas bar-
tholome⁹ ⁊ matheus: iacobus alphei
et symon zelotes ⁊ iudas iacobi. Hi
omnes erãt pseuerãtes unanimiter in
oratione cũ mulieribus ⁊ maria matre
ihesu: ⁊ fratribus eius. In diebus illis exsur-
gens petr⁹ in medio fratrũ dixit. Erat
autẽ turba hominũ simul fere centum
uiginti. Viri fratres: oportet impleri
scripturã quã ꝑdixit spiritus sanctus
per os dauid de iuda qui fuit dux eorũ
qui comꝑhendẽrũt ihesum q̃ cõnume-
ratus erat ĩ nobis: ⁊ sortem
ministerij huius. Et hic quidẽ possedit
agrum de mercede iniquitatis: ⁊ suspen-
sus crepuit medius: ⁊ diffusa sũt oia
uiscera eius. Et notũ factũ est omnibus
habitantibus ierusalem: ita ut appellaret
ager ille lingua eorũ acheldemach-hoc
est ager sanguinis. Scriptũ ē enim in
libro psalmorũ. Fiat cõmoratio eorũ
deserta: ⁊ non sit q̃ inhabitet ĩ ea. Et e-
piscopatũ eius accipiat alter. Oportet
ergo ex hijs viris q̃ nobiscũ sunt con-
gregati in omni tempore quo intrauit
et exiuit inter nos dũs ihesus incipiẽs
a baptismate iohannis-usq; in diem
qua assumptus ē a nobis: testẽ resur-
rectionis ei⁹ nobiscũ fieri unũ ex istis.
Et statuerũt duos: ioseph qui uocat
barsabas-qui cognominat⁹ ē iustus:
et mathiam. Et orãtes dixerũt. Tu do-
mine qui cordã nosti omniũ: ostende
quẽ elegeris ex hijs duobus unũ accipe-
re locũ ministerij huius et apostatus: de
quo peccauit ē iudas ut abiret in lo-
cũ suũ. Et dederũt sortes eis. Et cecidit
sors supra mathiã: ⁊ annumerat⁹ ē cũ un-
decim apostolis. ¶ Et
cum impleretur dies pentecostes: erant omnes
pariter in eodẽ loco. Et factus est repen-
te de celo sonus-tanq̃ aduenientis spi-
ritus uehementis: ⁊ replenit totam do-
mũ ubi erant sedentes. Et apparuerunt
illis dispertite lingue tanq̃ ignis: se-
dit q̃ supra singulos eorũ. Et repleti sũt
omnes spiritu sancto: ⁊ ceperũt loqui ue-
ris linguis prout spiritus sanctus dabat
eloqui illis. Erant autẽ in ierusalem
habitantes iudei uiri religiosi: ex omni
natione que sub celo est. Facta autẽ hac
uoce conuenit multitudo: ⁊ mente con-
fusa est: quoniã audiebat unusquisq;
lingua sua illos loquentes. Stupebãt
autẽ omnes: ⁊ mirabãt dicentes. Nonne
ecce omnes isti qui loquuntur galilei
sunt? Et quomodo nos audimus
unusquisq; linguã nãam ĩ qua nati
sumus? Parthi ⁊ medi ⁊ elamite: et
qui habitant mesopotamiã: iudeam-
et cappadociã: ponthum-⁊ asiam-fri-
giam-⁊ pamphiliã-egiptũ et partes
libie-que est circa cyrenen-⁊ aduene
romani: iudei quoq; ⁊ proselite cretes
et arabes: audiuim⁹ eos loquentes no-
stris linguis magnalia dei. Stupebãt
autẽ omnes: ⁊ mirabãt ad invicẽ di-
centes. Quid nã vult hoc esse? Alij
autẽ irridentes dicebãt: quia mosto ple-
ni sunt isti. Stans autẽ petrus cũ un-
decim leuauit uocem suã: ⁊ locutus ē
eis. Viri iudei ⁊ qui habitatis ierusa-
lem universum hoc vobis notũ sit: ⁊ aurí-
bus percipite verba mea. Non enim sicut
vos estimatis hi ebrij sunt: cũ sit hora
diei tercia. Sed hoc ē quod dictum
est ꝑ ꝓphetã ioel. Et erit in nouissimis
diebus dicit dũs effundam de spiritu
meo super omnem carnẽ. Et prophe-
bunt filij vestri ⁊ filie vestre: ⁊ iuuenes vestri
visiones videbunt: ⁊ senes vestri so-
mnia somniabũt. Et quidem super

seruos meos et ancillas meas in die-
bus illis effundã de spiritu meo ⁊ pro-
phetabũt: ⁊ dabo prodigia ĩ celo sursũ
et signa in terra deorsum: sanguinẽ et
ignem ⁊ vapor fumi. Sol uertetur
in tenebras ⁊ luna ĩ sanguinẽ: antq̃
veniat dies dũi magn⁹ ⁊ manifest⁹. Et
omnis quicũq; invocauerit nomen do-
mini salu⁹ erit. Viri israhelite: audite
verba hc. Ihesum nazarenum virum
approbatũ a deo in vobis virtutibus
et prodigijs ⁊ signis que fecit deus ꝑ
illũ in medio vestri sicut ipsi scitis: hunc
definito consilio et ꝓuisione dei tradi-
tum ꝑ manus iniquorũ affigentes in-
interfecistis. Quẽ deus suscitauit solutis
doloribus inferni: iuxta q̃ impossibile
erat teneri illũ ab eo. Dauid enim dicit
in eum. Prouidebã dũm in conspectu
meo semꝑ: quoniã a dextris est michi
ne commouear. Propter hoc letatum
est cor meũ ⁊ exultauit lingua mea: in-
super ⁊ caro mea requiescet in spe. Quo-
niam non derelinquis animã meã in
inferno: nec dabis sanctũ tuũ videre cor-
ruptionẽ. Notas michi fecisti vias vi-
te: repleb̃is me iocũditate cũ facie tua.
Viri fratres: licet auderet dicere ad
vos de patriarcha dauid quĩ defunctus
est-⁊ sepultus ē: ⁊ sepulcrũ e⁹ ē apud
nos usq; in hodiernũ diẽ. Prophe-
ta igit̃ cum esset ⁊ sciret q̃a iureiurando
iurasset illi deus de fructu lumbi eius se-
dere super sedẽ eius: prouidẽs locutus est
de resurrectione christi: quia neq; dereli-
ctus est in inferno-neq; caro e⁹ vidit
corruptionẽ. Hũc ihesum resuscitauit
deus: cuius omnes nos testes sumus.
Dextera igit̃ dei exaltat⁹ ⁊ promissione
spiritus sancti accepta a patre: effudit
hoc quod vos videtis ⁊ auditis.
Non enim dauid ascendit ĩ celũ. Dixit
autẽ ipse. Dixit dũs domino meo sede
a dextris meis: donec ponã inimicos
tuos scabellũ pedum tuorũ. Certissime
sciat ergo omnis domus israhel: quia ⁊
dũm eũ et christũ fecit deus hũc ihesum
quẽ vos crucifixistis. Hijs autẽ audi-
ns compũcti sunt corde: ⁊ dixerũt ad
petrũ ⁊ ad reliquos apostolos. Quid
faciemus viri fratres? Petrus autẽ ad
illos: paenitentiã inquit agite-⁊ bapti-
zetur unusquisq; vestrũ in nomine ihe-
su christi in remissionẽ peccatorũ vestrorũ:
et accipietis donũ spiritus sancti. Vo-
bis enim est repromissio ⁊ filijs vestris:
et omnibus qui longe sunt quoscunq;
aduocauerit dũs deus noster. Hijs
etiã verbis plurimis testificatus est: et
exhortabat eos dicens. Saluamini
a generatione ista prava. Qui ergo re-
ceperunt sermonẽ eius baptizati sunt:
et apposite sunt in die illa anime circi-
ter mia milia. Erant autẽ pseuerantes
in doctrina apostolorũ: ⁊ communicatio-
ne fractionis panis-⁊ orationibus. Fie-
bat autẽ omni anime timor. Multa q̃
prodigia ⁊ signa ꝑ apostolos in ie-
rusalem fiebãt: ⁊ metus erat magnus
in universis. Omnes etiã qui credebãt
erant pariter: ⁊ habebãt omnia communia.
Possessiones ⁊ substãias vendebant:
⁊ dividebãt illa omnibus prout
cuiq; opus erat. Quotidie quoq; per-
durantes unanimiter ĩ templo et fragen-
tes circa domos panẽ-sumebant cibũ
cũ exultatione et simplicitate cordis:
collaudantes deũ ⁊ habentes gratiã ad
omnẽ plebẽ. Dũs autẽ augebat qui
saluũ fierẽt quotidie ĩ idipsum. ¶
Petr⁹ autẽ ⁊ iohannes ascendebãt
in templũ: ad horam orationis
nonã. Et quidã vir qui erat claudus
ex utero matris suae baiulabatur: quẽ

ponebāt quotidie ad portam templi
que dicitur speciosa: ut peteret elemosi-
nam ab introeūtibus in templū. Is cū
uidisset petrū ⁊ iohannē: incipientes in-
troire in templū: rogabat ut elemosi-
nam acciperet. Intuens aūt in eū petrus
cum iohānē dixit. Respice in nos. At
ille intendebat ī eos: sperans se aliqd
accepturū ab ēis. Petrus aūt dixit. Ar-
gentū ⁊ aurū nō est michi: quod autē
habeo hoc tibi do. In nomine ihesu cri-
sti nazareni surge ⁊ ambula. Et apre-
hensa manu eius dextera allevauit eū:
et protinū consolidate sūt bases eius
et plante. Et exiliens stetit ⁊ ambulabat:
⁊ intrauit cum illis in templū: ambu-
lans ⁊ exiliens ⁊ laudās deū. Et uidit
omnis ppls eū ambulantē ⁊ laudan-
tem deū. Cognoscebāt aūt illū: q ipse
erat qui ad elemosinā sedebat ad spe-
ciosam portam templi. Et impleti sūt
stupore ⁊ extasi: in eo q contigerat illi.
Cum tenerent aūt petrū ⁊ iohannem:
uiuerit omnis ppls ad eos ad porti-
cum q̃ apellat salomonis stupentes.
Q̃ idens aūt petrus: respondit ad ppl̃m.
Q̃ iri israhelite quid miramini in hoc
aut nos quid intuemini: q̃ si nra uir-
tute aut pietate fecerim⁹ hūc ambula-
re? Deus abrahā ⁊ deus ysaac ⁊ deus
iacob: deus pr̄ūm nostrorū glorificauit
filiū suū ihesum: quē uos quidē tradi-
distis ⁊ negastis ante faciē pilati iu-
dicante illo dimittere. Vos aūt sanctū
et iustū negastis: ⁊ petistis uirum ho-
micidam donari uobis: auctorē uero
uite interfecistis. Quē deus suscitauit
a mortuis: cuius nos testes sumus. ⁊ in
fide nominis eius hūc quē uos uideis ⁊
nostis cōfirmauit nomen eius: ⁊ fides q̃
per eum est dedit integrā sanitatem istā
in aspectu omnium vestrū. Et nūc scitis
filio quia per ignorantiā fecistis: sicut ⁊
principes vestri. Deus aūt q̃ prenuntia-
uit per os omnium prophetarū pati ipsum
suum: sic impleuit. Penitemini igitur ⁊
conuertimini ut deleantur peccata vestra:
ut cū uenerint tempora refrigerij a con-
spectu dni ⁊ miserit eū qui ꝓdicatus est
uobis ihesum christū: quē oportet quidē
celū recipere usq; ī tēpora restitutionis
omniū que locutus est ds per os sanctorū
suorū a seculo prophetarū. Moyses qui-
dem dixit. Quoniā prpheta suscitabit
uobis dūs ds vester de fratribus vestris:
tanq̃ meipsum audietis in ēta oia que
cunq; locutus fuerit uobis. Erat autē
omnis anima q̃ nō audierit prophetā
illū exterminabit de plebe. Et omnes
prophete a samuhel ⁊ deinceps q̃ locu-
sunt annunciauerūt dies istos. Vos
estis filij prophetarū ⁊ testamenti: quod
disposuit deus ad patres nros dicens
ad abrahā. Et ī semine tuo benedicen-
tur omnes familie terre. Vobis primū ds
suscitās filiū suū misit eū benedicēt vo-
bis: ut auertat se unusquisq; a nequitia sua.

1 Loquentibus autē illis ad
ppl̃m: supuenerūt sacerdotes et
magistratus templi ⁊ saduce: dolentes
q̃ docerent populū ⁊ annūciarent in
ihesum resurrectionem ex mortuis. et
iniecerunt in eos manus: ⁊ posuerūt
eos ī custodia in crastinū. Erat autē
iam vespera. Multi aūt eorū q̃ audi-
erant verbū crediderunt. et factus est nu-
merus eorū quasi milia. Factū est aūt
in crastinū ut congregarent principes e-
orum ⁊ seniores ⁊ scribe in ierusalem:
⁊ annas princeps sacerdotū ⁊ cayphas
⁊ iohānes ⁊ alexander ⁊ quotqt erāt
de genere sacerdotali. Et statuerūt eos
in medio interrogabāt. In qua virtu-
te aut ī quo nomine fecistis hoc vos?

Tunc repletus spiritu sancto petrus dix-
it ad eos. Principes ppl̃i ⁊ seniores:
si nos hodie iudicamur in benefacto ho-
minis infirmi in quo iste salus factus
est: notū sit omnibus vobis ⁊ omni plebi
israhel q̃a in nomine dni nostri ihesu
cristi nazareni quem vos crucifixistis
quē deus suscitauit a mortuis: in hoc
iste astat coram vobis sanus. Hic est la-
pis q̃ reprobatus est a vobis edificantibus
qui factus est in caput anguli: ⁊ nō est
in alio aliquo salus. Nec enī aliud
nomē est sub celo datū hominibus: ī quo
oporteat nos saluos fieri. Videntes
aūt petri stantiā ⁊ iohannis: comper-
to q̃ homines essent sine litteris ⁊ vide-
ret admirabant: ⁊ cognoscebāt eos q̃ nō
cū ihesu fuerāt. Hominē quoq; uide-
res stantē cum eis q̃ curatus fuerat: ni-
chil poterāt cōtradicere. Iusserunt aūt
eos foras extra concilij secedere: ⁊ conferē-
bāt ad invicē dicentes. Quid faciem⁹
hominibus istis? Quoniam quidem no-
tum signū factū est per eos omnibus ha-
bitantibus ierusalem. Manifestū est: ⁊ nō possu-
mus negare. Sed ne amplius diuul-
getur ī plurē cōminemur eis ne ultra
loquant in nomine hoc ulli hominū. Et
vocantes eos: denunciauerūt ne omni-
no loquerent neq; docerent ī nomine
ihesu. Petrus vero ⁊ iohannes respon-
dentes dixerunt ad eos. Si iustū est in
conspectu dei vos potius audire q̃ de-
um iudicate. Non enī possumus que
vidimus ⁊ audiuim⁹ nō loqui. Et il-
li cōminantes dimiserūt eos: nō inue-
nientes quomodo punirent eos, pter
plurē: quia omnes glorificabāt id q̃ fa-
ctum erat ī eo q̃ acciderat. Annorū enī
erat ampliꝰ quadragīta hmō: ī quo
factum fuerat signum istud sanitatis.
Dimissi autem venerunt ad suos: et
annūciauerunt eis quāta ad eos prin-
cipes sacerdotum ⁊ seniores dixissent.
Qui cū audissent: unanimi leuauerūt
vocē ad deū ⁊ dixerūt. Dne tu q̃ fecisti
celū et terrā mare ⁊ omnia que in eis
sunt: qui spiritu sancto per os pris nri
dauid pueri tui dixisti quare fremue-
runt gentes ⁊ ppli meditati sūt inania
astiterūt reges terre ⁊ principes coeue-
runt in unū adūsus dūm et adūsus
cristū eius: cōuenerūt enim vere in ciui-
tate ista adūsus sanctū puerū tuū ihe-
sum quē unxisti herodes et pontius py-
latus cū gentibus ⁊ ppls israhel: facere
que manus tua ⁊ consilium tuū decreue-
runt fieri. Et nūc dne respice ī minas
eorū: ⁊ da seruis tuis cū omni fiducia
loqui verbū tuum in eo q̃ manū tuā
extendas ad sanitates ⁊ signa et pro-
digia fieri per nomen sancti filij tui ihe-
su. Et cum orasserunt motus est locus in
quo erāt cōgregati: ⁊ repleti sūt omnes
spiritu sancto: ⁊ loquebāt verbum dei
cū fiducia. Multitudinis aūt credentium
erat cor unum ⁊ anima una: nec
quisq; eorū que possidebat aliquid su-
um esse dicebat: sed erant illis oia com-
munia. Et virtute magna reddebāt
apli testimoniū resurrectionis ihesu
cristi dūi nri: ⁊ gratia magna erat in
omnibus illis. Neq; enī quisq; egenus
erat inter illos. Quotqt enī possessores
agrorū aut domorū erant: vendentes af-
ferebāt pretia eorū que vendebāt: ⁊ pone-
bāt ante pedes apl̃orū. Dividebat aūt
singulis pro ut cuiq; opus erat. Ioseph autem qui cognominatus est bar-
sabas ab apostolis: q̃ est interpretatum filius consolationis: levites: cypri-
us genere cum haberet agrum ven-
didit eum: et attulit pretium et posu-
it ante pedes apostolorum.

Vir aut quidã nomine ananias
cũ saphira vxore sua vendidit
agrum: ⁊ fraudauit de ꝓio agri sui
vxore sua: et afferens partẽ quandã
ad pdes apostolorꝫ posuit. Dixit aut
petr ad ananiam. Anania cur tem-
pauit sathanas cor tuũ mentiri te spi-
ritui sancto: ⁊ fraudare de ꝓio agri?
Nõne manens tibi manebat: ⁊ venun-
datũ in tua erat potestate? Quare po-
suisti in corde tuo hãc rem? Non es
mentitus hominibꝫ sed deo. Audiens
aut ananias hec vba: cecidit ⁊ expira-
uit. Et factus ē timor magnus super
omnes qui audierũt. Surgentes aut
iuuenes amouerũt eum: ⁊ efferentes se-
pelierunt. Factũ est aut quasi horarũ
trium spacũ: ⁊ vxor ipius nesciens qd
factum fuerat intrauit. Dixit aut ei
petrus. Dic michi: si tanti agrũ vendi-
disti. At illa dixit. Etiã tanti. Petr
aut ad eã. Quid vniꝫ conuenit vobis
tentare spiritũ dni? Ecce pedes eorũ
qui sepelierũt virum tuũ ad ostium:
et efferent te. Confestim cecidit ãte pedes
eius: ⁊ expirauit. Intrãtes aut iuuenes
inuenerũt illam mortuã: ⁊ egrlerunt
et sepelierũt ad virũ suũ. Et factus est
timor magnus i vniũsa ecclesia: et in
omnes qui audierũt hec. Per manus
aut apostolorꝫ fiebãt signa et ꝓdigia
multa in plebe. Et erãt vnanimiter o-
mnes in porticu salomonis. Ceterorũ
aut nemo audebat coniũgere se illis:
sed magnificabat eos plus. Magis
autẽ augebat credentiũ in dño multi-
tudo virorꝫ ac mulierũ: ita vt i plateas
ferrent infirmos ⁊ ponerent i lectulis
ac grabatis vt veniente petro saltem
umbra illius obumbraret quemꝫ il-
lorũ ⁊ liberarentur omnes ab infirmitati-
bus suis. Cõcurrebat aut ⁊ multitudo
vicinarꝫ ciuitatum ihrlim afferentes e-
gros et vexatos a spiritibꝫ immundis:
qui curabãtur omnes. Exurgens aut
princeps sacerdotũ ⁊ omes qui cũ illo
erant que est heresis sadducerũ repleti
sunt zelo: ⁊ miserũt manus i apostolos
⁊ posuerũt eos in custodia publica.
Angelus aut dni p nocte aperiens
ianuas carceris ⁊ educens eos dixit.
Ite: ⁊ stantes loquimini i templo ple-
bi omia verba vite huius. Qui cũ au-
disset introierũt diluculo i templũ:
et docebãt. Adueniens aut princeps
sacerdotũ ⁊ qui cum eo erãt conuocau-
runt concliũ ⁊ omes seniores filiorũ
israhel: ⁊ miserunt ad carceres ut ad-
ducerent. Cum aut venissent ministri
et apero carcere nõ inuenissent illos:
reuersi nunciauerunt dicentes. Carce-
rem quidẽ inuenimꝰ clausum cũ omi
diligentia: ⁊ custodes stantes ante ia-
nuas: aperto aut neminẽ intus in-
uenimus. Vt aut audierũt hos sacer-
dotes magistratꝰ templi ⁊ principes sa-
cerdotũ: ambigebãt de illis quidnam
fieret. Adueniens aut quidã nunciauit
eis: quia ecce viri quos posuistis i car-
cere sunt i templo stantes ⁊ doce-
tes plm. Tunc abiit magistratꝰ cum
ministris: ⁊ adduxit illos sine vi. Ti-
mebant enim plm ne lapidarent. Et cũ
adduxissent illos: statuerunt i cõcilio.
Et interogauit eos princeps sacerdo-
tum dicens. Precipiendo ꝓcepimus
vobis ne doceretis i nomine isto: et
ecce repletis ihrlim doctrina vra: ⁊ vul-
tis inducere sup nos sanguinẽ homi-
nis istius. Respondens aut petrus et a-
postoli dixerũt. Oportet magis deo ma-
gis q̃ hominibꝫ. Deꝰ patrũ nrõꝫ suscit-
auit ihsũ: quẽ vos interfecistis sus-
pendentes in ligno. Hunc principẽ dꝰ

et saluatorẽ exaltauit dextera sua ad
dandã penitentiã israhel ⁊ remissionẽ
peccatorũ: ⁊ nos sumus testes hoꝝ vr-
borũ: ⁊ spiritus sanctus quẽ dedit deꝰ
omibus obedientibꝫ sibi. Hec cum au-
dissent discrebantur: ⁊ cogitabãt inter-
fecere illos. Surgens aut quidam in
cõcilio pharisseus nomine gamalihel
legis doctor honorabilis omnibꝫ ple-
bi: iussit foras ad breue homines fieri.
Dixitq; ad illos. Viri israhelite atten-
dite vobis sup hominibꝫ istis: quid a-
cturi sitis. Ante hos enim dies extitit the-
udas dicens se esse aliquẽ: cui consensit
numerus virorꝫ circiter ccc adherentorꝫ:
qui occisus est et omes qui credebant
ei dissipati sunt: ⁊ redacti ad nichilũ.
Post hũc extitit iudas galileus in die-
bus professionis: ⁊ auertit plm post
se. Et omnes quotq; obtrecrant ei dis-
persi sunt: ⁊ ipe perijt. Et nũc itaq; di-
co vobis: discedite ab hominibꝫ istis
et sinite illos. Quoniã si est ex homini-
bus: dissolutum est opus: dissoluetur:
si vero ex deo ē nõ potestis dissoluere:
ne forte et deo repugnare videamini.
Consensit aut illi: ⁊ conuocãtes apostolos
cesis deuãtauerunt ne omino lo-
querent in nomine ihsu: ⁊ dimiserũt
eos. Et illi quidẽ ibãt gaudentes a con-
spectu concliꝫ: quũ digni habiti sint pro
nomine ihsu contumeliã pati. Omni aut
die nõ cessabãt i templo ⁊ circa domos
docentes: ⁊ euãgelizãtes christũ ihsm.

In diebꝫ aut illis crescente numero di-
scipulorꝫ factũ est murmur grecorũ ad
versus hebreos: eo q̃ despiciebant in mi-
nisterio quotidiano viduas eorꝫ. Con-
uocantes aut duodecim multitudinẽ
discipulorꝫ dixerũt. Nõ est equũ nos
deseruire verbũ dei: ⁊ ministrare mensis.
Considerate ergo fratres viros ex
vobis boni testimonij septem plenos
spiritu et sapiẽtia: quos ostituamus
super hoc opus. Nos vero orationi et
ministerio verbi instantes erimus.
Et placuit hmo coram omni multitudi-
ne. Et elegerũt stephanũ virũ plenum
fide et spiritu sancto: ⁊ philippũ ⁊ pro-
corum ⁊ nycanorem et timonẽ ⁊ par-
menam ⁊ nicolaũ aduenã antiocheno.
Hos statuerũt ante conspectum
apostolorũ: ⁊ orantes imposuerũt eis
manꝰ. Et verbũ dni crescebat: ⁊ multipli-
cabãt numerꝰ discipulorꝫ i ihrlim valde.
Multa etiã turba sacerdotũ obediebat
fidei. Stephanus aut plenꝰ gratia et
fortitudine faciebat prodigia ⁊ signa
magna i plo. Surrexerũt aut quidã
de synagoga q̃ apellabãt libertinorꝫ
et cyrenensiũ ⁊ alexandrinorꝫ et eorꝫ q̃
erant a cilicia et asia disputantes cum
stephano: ⁊ nõ poterãt resistere sapiẽtie
et spiritui q̃ loquebat: ꝓter qd redar-
guerũt ab eo cum omni fiducia. Tũc
submiserũt viros q̃ dicerẽt se audisse
eum dicentẽ verba blasphemie in moysen
et deũ. Commouerunt itaq; plebẽ
et seniores ⁊ scribas: ⁊ concurrentes ra-
puerunt eũ ⁊ adduxerũt i concliũ: ⁊ sta-
tuerũt falsos testes q̃ dicerent. Homo
iste nõ cessat loqui verba aduersus locũ
sanctũ ⁊ legem. Audiuimꝰ enim eũ dice-
rem: quũ ihesus nazarenus hic de-
struet locũ istum: ⁊ mutabit traditio-
nes q̃s tradidit nobis moysꝫ. Et in-
tuentes eum omnes qui sedebant in
concilio: viderunt faciem eius tanq̃m
faciẽ ãgeli. Dixit aut princeps sacerdo-
tũ: si hec ita se habent. Qui ait.

Viri fratres ⁊ patres audite. Deus
gloie apparuit pri nro abrahe
cum esset i mesopotamia priusq̃ ma-
raret i carran: ⁊ dixit ad illũ. Exi de

terra tua et de cognatione tua: et veni
in terram quam monstrauero tibi. Tunc
egressus est de terra chaldeorum: et habitauit in
charran. Et inde postquam mortuus est pa-
ter eius transtulit illum in terram istam: in
qua nunc vos habitatis. Et non dedit
illi hereditatem in ea nec passum pedis:
sed repromisit dare illi eam in possessio-
nem et semini eius post ipsum: cum non ha-
beret filium. Locutus est autem deus: quia erit
semen eius accola in terra aliena: et ser-
uituti eos subiicient et male tractabunt
eos annis quadringentis: et gentem
cui seruierint iudicabo ego dixit dominus.
Et post hec egrediuntur michi
in loco isto. Et dedit illi testamentum
circumcisionis: sic genuit ysaac et cir-
cumcidit eum die octauo: et ysaac iacob: et
iacob duodecim patriarchas. Et patriar-
che emulantes ioseph uendiderunt in egi-
pto: et erat deus cum eo. Et eripuit eum ex o-
mnibus tribulationibus eius: et dedit ei gratiam
et sapientiam in conspectu pharaonis regis
egiptiorum: et statuit eum ipsum super
egiptum et super omne domum suam. Venit
autem fames in uniuersam egiptum et chana-
an et tribulatio magna: et non inuenie-
bant cibos patres nostri. Cum audisset
autem iacob esse frumentum in egipto: misit
patres nostros primum: et in secundo cognos-
ci est ioseph a fratribus suis: et manifesta-
tum est pharaoni genus eius. Mittens
autem ioseph accersiuit iacob patrem suum:
et omnem cognationem suam in annuaui
septuaginta quinque. Et descendit iacob
in egiptum: et defunctus est ipse et patres no-
stri. Et translati sunt in sichem: et posi-
ti sunt in sepulcro quod emit abraham
precio argenti a filijs emor filij sichem.
Cum autem appropinquaret tempus promissi-
onis quam confessus erat deus abraham: creuit
populus et multiplicatus est in egipto:
quoadusque surrexit alius rex in egipto
qui non nouerat ioseph. Hic circumuenis
genus nostrum afflixit patres nostros:
ut exponerent infantes suos ne uiui
essent. Eodem tempore natus est moyses: et fuit
gratus deo: et nutritus est mensibus
in domo patris sui. Exposito autem illo
sustulit eum filia pharaonis: et nutriuit
eum sibi in filium. Et erudiuit est moyses
omni sapientia egiptiorum: et erat potens in
verbis et in operibus suis. Cum autem imple-
retur ei hydraginta annorum tempus: accen-
dit in cor eius ut uisitaret fratres suos
filios israel. Et cum uidisset quendam iniuri-
am patiendo uindicauit illum: et fecit ulti-
onem ei qui iniuriam sustinebat percusso e-
gipcio. Existimabat autem intelligere
fratres: quoniam deus per manum ipsius
daret salutem illis. At illi non intellexerunt.
Sequenti uero die apparuit illis litigan-
tibus: et reconciliabat eos in pace dicens.
Viri: fratres estis. Ve quid nocetis al-
terutrum? Qui autem iniuriam faciebat pro-
ximo: repulit eum dicens. Quis te obsti-
tuit principem et iudicem super nos? Num-
quid interficere me tu uis: quemadmodum
interfecisti heri egiptum? Fugit autem moy-
ses in uerbo isto: factus est aduena in
terra madian: ubi generauit filios du-
os. Et expletis annis quadraginta:
apparuit illi in deserto montis syna an-
gelus in igne flamme rubi. Moyses autem
uidens admiratus est uisum. Et accedente
illo ut considerare: facta est ad eum uox
domini dicens. Ego sum deus patrum uestro-
rum deus abraham: deus ysaac: et deus iacob.
Tremefactus autem moyses: non audebat
considerare. Dixit autem illi dominus. Solue cal-
ciamentum pedum tuorum. Locus enim in
quo stas terra sancta est. Videns uidi
afflictionem populi mei qui est in egipto: et
gemitum eorum audiui: descendi liberare

eos. Et nunc: ueni mittam te in egiptum.
Hunc moysen quem negauerunt dicentes
quis te constituit principem et iudicem: hunc
deus principem et redemptorem misit cum
manu angeli qui apparuit illi in rubo.
Hic eduxit illos faciens prodigia et si-
gna in terra egipti et in rubro mari: et in
deserto annos quadraginta. Hic est moy-
ses qui dixit filijs israel. Prophetam suscita-
bit uobis dominus de fratribus uestris: tanqm
meipsum audietis. Hic est qui fuit in eccle-
sia in solitudine cum angelo qui loque-
batur ei in monte syna et cum patribus
uestris: qui accepit uerba uite dare nobis.
Cui noluerunt obedire patres nostri: sed
repulerunt et auersi sunt cordibus suis in
egipto: dicentes ad aaron. Fac nobis
deos qui precedant nos. Moysi enim hu-
ic qui eduxit nos de terra egipti: nescimus
quid factum sit ei. Et uitulum fecerunt
in diebus illis: et obtulerunt hosti-
am simulacro: et letabantur in opi-
bus manuum suarum. Conuertit autem de-
us: tradidit eos seruire militie celi: si-
cut scriptum est in libro prophetarum. Num-
quid victimas aut hostias obtulistis
michi annis quadraginta in deserto do-
mus israel? Et suscepistis tabernaculum
moloch et sidus dei uestri remphan: fi-
guras eorum quas fecistis adorare eas: transfe-
ram uos trans babilonem. Tabernaculum
testimonij fuit cum patribus nostris in de-
serto sicut disposuit illis dominus loquens
ad moysen: ut faceret illud secundum for-
mam quam uiderat. Quod et induxerunt
suscipientes patres nostri cum ihesu in pos-
sessionem gentium: quas expulit deus a fa-
cie patrum nostrorum usque in diebus dauid.
Qui inuenit gratiam ante deum: et petiit
ut inueniret tabernaculum deo iacob. Sa-
lomon autem edificauit illi domum. Sed
non excelsus in manufactis habitat: sicut
per prophetam dicit. Celum michi sedes
est: terra autem scabellum pedum meorum.
Quam domum edificabitis michi dicit do-
minus: aut quis locus requiescionis mei
est? Nonne manus mea fecit hec omnia?
Dura ceruice et incircumcisi cordibus
et auribus: vos semper spiritui sancto
resistitis: sicut patres uestri et uos. Quem
propheratum non sunt passi patres ue-
stri? Et occiderunt eos qui prenunciabant de
aduentu iusti: cui uos nunc proditores
et homicide fuistis: qui accepistis legem
in dispositione angelorum et non custodi-
stis. Audiuerunt autem hec dissecabantur
cordibus suis: et frendebant dentibus in
eum. Cum autem esset plenus spiritu sancto:
intendens in celum uidit gloriam dei et ihe-
sum stantem a dexteris dei. Et ait. Ecce
video celos apertos: et filium hominis
stantem a dexteris dei. Exclamans
autem uoce magna continuerunt aures
suas: et impetum fecerunt unanimiter in eum.
Et eiecerunt eum extra ciuitatem lapidabant:
et testes deposuerunt uestimenta sua se-
cus pedes adolescentis: qui uocabat saulus.
Et lapidabant stephanum inuocan-
tem et dicentem. Domine ihesu suscipe spiritum
meum. Positis autem genibus: clamauit
uoce magna dicens. Domine: ne statuas
illis hoc peccatum. Et cum hec dixisset: obdor-
miuit. Saulus autem erat sentiens
occisionem eius. Facta est autem in illa
die persecutio magna in ecclesia quae erat
in hierosolimis: et omnes dispersi sunt per regi-
ones iudee et samarie preter apostolos.
Curauerunt autem stephanum uiri timorati:
et fecerunt planctum magnum super eum.
Saulus autem deuastabat ecclesiam per do-
mos intrans: trahens uiros ac mulie-
res: tradebat in custodiam. Igitur qui dispers-
i erant pertransibant euangelizantes uerbum
dei. Philippus autem descendens in ciuitatem

samarie ꝑdicabat illis christũ. Intendebant autẽ turbe his que a philippo
dicebantur vnanimiter audientes: ⁊ videntes signa q̃ faciebat. Multi enim ex
qui habebãt spiritũ immundũ: clamantes voce magna egrediebãt. Multi autem
paralitici ⁊ claudi curati sũt. Factũ est
ergo gaudiũ magnum i illa ciuitate.
Vir autẽ quidã nomine symon q̃ ante
fuerat i ciuitate magus seducens gentẽ
samarie dicens se esse aliquẽ magnũ:
cui adsultabãt omnes a minimo usq;
ad maximũ dicentes: hic est virtus dei
que vocatur magna. Intendebãt autẽ
eum: ꝓter q̃ multo tẽpore magicis
suis deuenerat eos. Cũ vero credidissent philippo euãgelizãti de regno dei:
in nomine ihesu christi baptizabãtur viri ac mulieres. Tunc symon ⁊ ipse credidit: et cum baptizatus esset adherebat
philippo. Videbãtq; etiam signa ⁊ virtutes maximas fieri: stupens admirabatur. Cũ autẽ audissent apostoli q̃ erãt
in ierosolimis q̃ recepisset samaria
ego sanctus sum. Et si patrē inuocatis
eum q̄ sine acceptione ꝓsonaē iudicat
secōm vnuiscuiusq; opus: in timore inhabitatis vestri tempore conversationis: scientes q̄ nō corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione patrum traditione: sed pōdosō
sanguine quasi agni immaculati xti
et incōtaminati: progniti quidem
ante mūdi cōstitutionē: manifestati
aūt nouissimis tēporibus ꝓpter vos q̄
p ipm fideles estis in deo: q̄ suscitauit
eū a mortuis et dedit ei glam: ut fides
vestra et spes esset in deo. Animas vestras castificantes i obedientia caritatis: i fraternitatis amore: simplicē
de invicē diligite ardentius: renati nō
ex semine corruptibili sed incorruptibili
per verbū dei viui et permanentis: quia
omis caro ut fenū: et omis gloria eius tanq̄
flos feni. Exaruit fenū ⁊ flos eius decidit: verbū aūt dñi manet i eternū. Hoc
ē aūt verbū qd euāgelizatum ē i vobis.

Deponentes igitē omnē mali-
tiā et omnē dolū et simulationes
et invidias ⁊ omnes detractiones: sicut
modo geniti infantes rationabiles ⁊
sine dolo lac concupiscite ut in eo crescatis in salutē: si tamē gustastis quī
dulcis ē dñs. Ad quē accedentes lapidem viuū ab hominibus qdē reprobatum a deo aūt electū et honorificatū:
et ipi tanq̄ lapides viui superedificamini domus spirituales i sacerdotiū sancti:
offerētes spirituales hostias acceptabiles deo p ihesum xtū. Propter quod
continet scriptura. Ecce pono in sion
lapidē summū angularem probatū
electum pōdosū: ⁊ q̄ crediderit in eū nō
confundetur. Vobis igitē honor credentibus: nō credentibus aūt lapis quem reprobauerūt edificantes hic factus ē in
caput anguli et lapis offensionis et
petra scandali: his qui offendūt verbo nec credūt i quo et positi sūt. Vos
aūt genus electū regale sacerdotiū gēs
sancta populus acquisitionis: ut virtutes annuncietis q̄ qui de tenebris vos
vocauit i admirabile lumē suū. Qui
aliquādo nō populus dei nūc aūt populus dei: qui nō consecuti misericordiam: nunc
aūt misericordiam cōsecuti. Carissimi obsecro vos tanq̄ aduenas et peregrinos
abstinere vos a carnalibus desideriis
que militant adversus animā conversationem vestram inter gēes habentes bonam: ut i eo q̄ detractāt de vobis tanq̄
de malefactoribus: ex bonis operibus vos videntes glorificent deum
i die visitationis. Subiecti igitē estote

omni humane creature propter deum.
Siue regi quasi excellenti: siue ducibus
tanq̃ ab eo missis ad vindictam male-
factorum: laude vero bonorum. Quia sic est
voluntas dei: ut benefacientes obmutes-
cere faciatis imprudentium hominum i-
gnorantiam. Quasi liberi: et non quasi
velamen habentes malitie libertatem:
sed sicut serui dei. Omnes honorate:
fraternitatem diligite. Deum timete: regem
honorificate. Serui subditi estote in
omni timore domini: non tantum bonis et
modestis: sed etiam discolis. Hoc est enim
gratia: si propter dei clementiam sustinet
quis tristitias patens iniuste. Quae enim
est gratia: si peccantes et colaphizati
sufferatis? Sed si benefacientes patienter
sustineatis: hoc est gratia apud deum. In
hoc enim vocati estis: quia et christus passus
est pro vobis: vobis relinquens exemplum:
ut sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in
ore eius. Qui cum maledicerent ei non maledicebat: cum pateretur non comminabatur.
Tradebat autem iudicanti se iniuste. Qui
peccata nostra ipse pertulit in corpore
suo super lignum: ut peccatis mortui
iustitiae viuamus: cuius liuore sanati
estis. Erratis enim sicut oues errantes: sed
conuersi estis nunc ad pastorem et
episcopum animarum vestrarum. III

Similiter et mulieres subdite sint
viris suis ut et si qui non credunt
verbo: per mulierum conuersationem sine ver-
bo lucrifiant: considerantes in timore
castam conuersationem vestram. Quarum sit
non extrinsecus capillatura aut circum-
datio auri aut indumenti vestimentorum
cultus: sed qui abscondit in cordis homo
in incorruptibilitate quietis et modesti
spiritus: qui est in conspectu dei locupletes.
Sic enim aliquando et sanctae mulieres
sperantes in deo ornabant se subditi
propriis viris: sicut sara obediebat a-
brahae dicens eum dominum vocans: cuius estis
benefacientes et non timentes vllam per-
turbationem. Viri similiter cohabitantes
secum secundum: quasi infirmiori vasculo
muliebri impertientes honorem tanq̃ et
coheredibus gratiae vitae: ut non impedi-
antur orationes vestae. In fine autem omnes
unanimes compatientes fraternitatis a-
matores: misericordes: modesti: humi-
les: non reddentes malum pro malo: nec
maledictum pro maledicto: sed econtrario
benedicentes: quia in hoc vocati estis:
ut benedictionem hereditate possideatis.
Nam qui enim vult vitam diligere: et di-
es videre bonos: coherceat linguam suam
a malo: et labia eius ne loquantur dolum.
Declinet autem a malo et faciat bonum: in-
quirat pacem et sequatur eam: quia oculi domini super
iustos: et aures eius in preces eorum:
vultus autem domini super facientes mala. Et
quis est qui vobis nocebit: si boni aemu-
latores fueritis? Sed si quid patimini
propter iustitiam beati. Timorem autem
eorum ne timueritis: et non conturbemini.
Dominum autem christum sanctificate in cordibus
vestris: paratis semper ad satisfactionem o-
mni poscenti vos rationem de ea quae in
vobis est spe: sed cum modestia et timore
conscientiam habentes bonam: ut in quo de-
trahuntur de vobis obsundant qui calu-
mniantur veram bonam in christo conuersa-
tionem. Melius est enim si ita voluerit
deus ut benefacientes
patiamini quam ut malefacientes:
quia et christus semel pro peccatis nostris
mortuus est iustus pro iniustis: ut nos
offerret deo: mortificatus quidem carne
vivificatus autem spiritu. In quo et his
qui in carcere erant spiritualiter venens
predicauit: qui incredulis fuerat aliquan-
do expectabat dei patientiam in diebus

noe cum fabricaretur archa: in qua pauci
id est octo anime salue facte sunt per aquam.
Nos et vos nunc similis forma saluos
facit baptisma: non carnis depositio
sordium: sed alicuius bone interrogatio
in deum: per resurrectionem ihesu christi a
mortuis qui est in dextera dei: degentes mor-
tem ut iuste eterne heredes efficeremur:
profectus in celum subiectis sibi ange-
lis et potestatibus et virtutibus. IIII

Christo igitur passo in carne et vos
eadem cogitatione armamini: quia
qui passus est in carne desiit a peccatis:
ut non iam desideriis hominum sed vo-
luntati dei quod reliquum est in carne viuat
temporis. Sufficit enim preteritum tempus
ad voluntatem gentium consummandam
hiis qui ambulauerunt in luxuriis in deli-
ciis vinolentiis comessationibus potationibus
obscenitatibus et illicitis idolorum
cultibus. In quo admirant non concurren-
tibus vobis in eandem luxuriae confusionem
blasphemantes: qui reddent rationem qui para-
tus est iudicare viuos et mortuos.
Propter hoc enim et mortuis euangeli-
zatum est: ut iudicentur quidem secundum homines
in carne: viuant autem secundum deum in spiritu.
Omnium autem finis appropinquabit.
Estote itaque prudentes et vigilate in ora-
tionibus: ante omnia autem mutuam in vobis
metipsis caritatem continuam habentes: qua
caritas operit multitudinem peccatorum.
Hospitales inuicem sine murmuratione.
Vnusquisque sicut accepit gratiam in
alterum illam administrantes: sicut boni
dispensatores multiformis gratiae dei.
Si quis loquitur: sicut eloquia dei. Si
quis ministrat: tanq̃ ex virtute quam ad-
ministrat deus: ut in omnibus honorificetur
deus per ihesum christum cui est gloria et imperium
in secula seculorum amen. Carissimi noli-
te peregrinari in feruore qui ad tentationem
vobis fit: quasi nouum aliquid vobis con-
tingat: sed communicantes christi passionibus
gaudete: ut et in reuelatione gloriae eius
gaudeatis exultantes. Si exprobramini
in nomine christi beati estis quia quod est ho-
noris gloriae et virtutis dei et qui est eius
spiritus super vos requiescit. Secundum autem
illum patiatur quasi homicida aut fur
aut maledicus: aut alienorum appetitor.
Si autem ut christianus non erubescat: glori-
fiet autem deum in isto nomine: quoniam
tempus est ut incipiat iudicium a domo
dei. Si autem primum a nobis: qis finis
eorum qui non credunt dei euangelio? Et si
iustus quidem vix saluabitur: impius et
peccator vbi parebunt? Itaque et hii qui
patiuntur secundum voluntatem dei: fideli creato-
ri mandent animas suas in benefacendo. V

Seniores ergo qui in vobis sunt
obsecro seniores et testis christi pas-
sionum: qui et eius qui future glorie reuelan-
da communicator. Pascite qui in vobis est
gregem dei: prouidentes non coacte sed
spontanee secundum deum: neque turpis lucri
gratia: sed voluntarie: neque ut dominan-
tes in clero sed forma facti gregi ex a-
nimo: et cum apparuerit princeps pasto-
rum percipietis immarcescibilem gloriae coro-
nam. Similiter adolescentes subditi
estote senioribus. Omnes enim inui-
cem humilitate insinuate: quia deus su-
perbis resistit: humilibus autem dat gra-
tiam. Humiliamini igitur sub potenti
manu dei ut vos exaltet in tempore visi-
tationis: omnem sollicitudinem vestram p-
iicientes in eum: quoniam ipse cura est de vobis.
Sobrii estote et vigilate: quia aduersa-
rius vester diabolus tanq̃ leo rugiens
circuit: quaerens quem deuoret. Cui resisti-
te fortes in fide: scientes eandem passionem
eis que in mundo est vestre fraternitati fieri.
Deus autem omnis gratiae qui vocauit

nos in eternã suã gloriã i cristo iheſu
modicũ pallos: ipe qſiet ofirmabit
ſolidabitq. Ipi gla z imperiũ: in ſecu-
la ſeculoꝝ amen. Per ſilvanũ fideli
fratrem vobis ut arbitor breviter ſcri-
pſi: obſecrãs et cõfortans hãc eſſe verã
gratiã dei in qua et ſtatis. Salutat
vos eccleſia q̃ eſt in babilone coelecta:
et marcus filij meus. Salutate invi-
cem i oſculo ſancto. Gratia vobis o-
mnibꝰ qui eſtis in cristo iheſu amen.
Explicit epla prima bi petri apli · In-
cipit argumentũ in eplam ſcdam

Simon petrus p fidẽ huic
mũdo ſapientes moriuos
eſſe declarat: niſi denq; pi-
tratis quanta ſit magni-
tudo huic ipſa clarius manifeſtat. Ex-
plicit argumentũ · Incipit epiſtola
ſcda bi petri apli · Capitũ · j ·

Simon petrus ſeruus
et apoſtolus iheſu
criſti: hijs q̃ coequa-
lem nobiſcũ ſortiti
ſunt fidem i iuſticia
dei noſtri z ſaluatoris iheſu criſti. gratia vobis et pax ad
impletur i cognitione di et criſti ihe-
ſu dñi noſtri: quomodo diuina nobis
diuine virtuis ſue que ad vitã et pie-
tatem donata ſunt p cognitionẽ eius q̃
vocauit nos propria gloria et virtu-
te: p quã maxima et pciosa nobis pro-
miſſa donauit: ut per hoc efficiamini
diuine cõſortes nature: fugientes eius
que in mũdo e cõcupiſcentie corrupti-
onem. Vos aũt curam omnẽ ſubin-
ferentes miniſtrate in fide veſtra vir-
tutem: in virtute aũt ſcientiã: in ſcientia
aũt abſtinentiam: in abſtinentia aũt
patientiã: in patientia aũt pietatem: i
pietate autem amore fraternitatis: in
amore fraternitatis caritatẽ. Hec enĩ
ſi vobiſcũ aſſint et ſuperant: nõ vacuos
nec ſine fructu vos cõſtituet in domini
noſtri iheſu criſti cognitione. Cui enĩ
nõ ſũt hec: cecus e z manu tempta-
ns: obliuionẽ accipiẽs purgationis
veteriũ ſuoꝝ delictoꝝ. Quapropter
fratres magis ſatagite: ut per bona
opera certã vrã vocationẽ z electionẽ
faciatis. Hec enĩ facientes nõ peccabitis
aliquando. Sic enĩ abundanter minis-
trabitur vobis introitus in eternũ re-
gnũ dñi nri et ſaluatoris iheſu criſti.
Propter q̃d vos mapiã ſemp cõmo-
nere de hijs: et quiẽ ſcientes z firma-
tos in pſenti veritate. Iuſtũ aũt arbi-
tror · q̃diu ſum i hoc tabernaculo ſuſta-
tare vos i cõmonitione: cert q̃ velox
eſt depoſitio tabernaculi mei: ſicut q̃d
et dñs noſter iheſus ſignificauit mihi. Dabo aũt operã z ſequen-
ter habere vos poſt obitũ meũ: ut hoꝝ
omnũ memoria faciatis. Non enĩ indo-
cta fabulas ſecuti notã fecimus vobis
dñi nri iheſu criſti virtutẽ z pſentiã:
ſed ſpeculatores facti illius magnitudi-
nis. Accipiẽs enĩ a deo pre honorem
et gloriã voce delapſa ad eũ huiuſmo-
di a magnifica gloria: hic eſt filius
meus dilectus in quo mihi ꝓplacui:
ipũm audite. Et hãc vocem nos audi-
uimus de celo allatã: cũ eſſemus cum
ipo i monte ſancto. Et habemus firmi-
orem ꝓphetiã ſermonẽ: cui benefacitis
attendentes quaſi lucerne lucenti in ca-
liginoſo loco donec illucſcat et luce-
fer oriat in cordibus veſtris: hoc primũ in-
telligentes: q̃ omnis ꝓphetia ꝓ-
pria interpretatione non fit. Non enĩ
voluntate humana allata e aliquã-
do ꝓphetia: ſed ſpiritu ſancto inſpi-
rati loquti ſũt ſancti dei homines. ¶

Fuerũt autem et pſeudo ꝓphete i ꝓlo
ſicut et in vobis erunt magiſtri
mendaces: q̃ introducẽt ſectas perditio-
nis: z eũ q̃ emit eos dẽũ negãt: ſuſpiti-
tentes ſibi celerẽ ꝑditionẽ. Et multi ſe-
quentẽ eoꝝ luxurias: per quos via ve-
ritatis blaſphemabit: z auaricia fictis
verbis de vobis negotiabunt. Quibus
iudiciũ iam olim nõ aſſat: et perditio
eoꝝ nõ dormitat. Si enĩ deus ãgelis
peccãtibꝰ nõ pepercit ſed rudentibꝰ miſe-
ri detractos in tartarũ tradidit cruci-
andos i iudiciũ reſeruari: et origina-
li mũdo non pepercit: ſed octauũ noe
iuſticie ꝓconem cuſtodiuit diluuium
mũdo impiorũ inducẽs: z ciuitates
ſodomorũ et gomorreorũ in cineres
redigẽs euerſione damnauit exemplũ
eoꝝ q̃ impie acturi ſũt ponẽs: z iuſtũ
loth oppreſſum a nephandorũ iniui-
a ac luxurioſa conuerſatione eruit.
Aſpectu enĩ et auditu iuſtus erat: habitãs
apud eos q̃ de die in die aiam iuſtã
iniquis operibꝰ cruciabãt. Nouit deus
pios de tentatione eripere: iniquos
vero in die iudicij reſeruare cruciãdos.
Magis aũt eos q̃ poſt carnẽ in concu-
piſcentia immũditie ambulãt · dũtaxat
ordinẽ cõtemnũt: audaces · ſibi pla-
centes: ſedas non metuũt introducere
blaſphemãtes. Vbi ãgeli fortitudine
et virtute cũ ſint maiores: nõ ferant
adũſum ſe execrabile iudicũ. Hij ve-
ro velut irrationabilia pecora natura-
liter i captionẽ z in gniem in hijs q̃ i-
gnorãt blaſphemãtes i corruptione ſu-
a peribũt: percipiẽs mercedẽ iniuſtitie
voluptatẽ: exiſtimantes diei delicias
coniugationis z macule · delicijs affluen-
tes i cõuiuijs ſuis luxuriãtes vobiſ-
cũ: oculos habẽtes plenos adulterij et
inceſſabilis delicti: pellicientes animas
inſtabiles: cor exercitatũ auaricia ha-
bẽtes · maledictionis filij: deſeruiquẽtes
rectã viã erraueruut ſecuti viã balaã et
boſor: q̃ mercedẽ iniuſtitiae amauit: cor-
reptione vero habuit ſue vſtute. Bub-
ingale muti aſal i hoc voce loquẽs:
prohibuit ꝓphete inſipiẽtiã. Hij ſunt
fontes ſine aqua et nebule turbinibus
egitate: quibꝰ caligo tenebraꝝ reſeruã-
tur. Superbia enĩ vanitatis loquẽtes:
pellicẽt i deſideriis carnis luxurie eos
qui paululũ effugiũt · qui i errore conuer-
ſanẽ: liberare illos promittentes cũ ipi
ſui ſint corruptionis. A quo enim q̃s
ſuperat: huius e ſeruus e. Si enim re-
fugiẽtes coinquinationes mũdi in cog-
nitione dñi nri z ſaluatoris iheſu cri-
ſti · hijs rurſus implicati ſuperantur: fa-
cta ſũt eis poſtrema deteriora prioribꝰ.
Melius enim erat illis non cognoſcere
viã iuſtitie: q̃ poſt agnitionẽ retroſũ
ouerti ab eo q̃ illis traditũ e ſãcto mã-
dato. Contigit enim eis illud veri pro-
bij. Canis reuerſus ad ſuum vomi-
tũ: z ſus lota in volutabro luti. ¶

Hanc iam vobis carſſimi ſcribã
epiam in quibus curam ge-
rito in admonitione ſincera mentis: ut
memores ſitis eoꝝ q̃ ꝓdicti ſũt a ſan-
ctis ꝓphetis z apoſtolis vroꝝ perpetui dñi
ſaluatoris. Hoc primũ ſcitote: q̃ venturi
ſunt in nouiſſimis diebꝰ in deceptione
illuſores iuxta ꝓprias cõcupiſcentias
ambulantes: dicentes. Vbi e promiſſio aut
adventꝰ eius? Ex quo enim patres dormi-
erũt: omnia ſic perſeuerãt ab initio creature.
Latet enim eos hoc volentes: q̃ celi fe-
rant ꝓius z terra de aqua et per aquã
conſtans dei verbo: q̃ quãdo ille tũc mũdus
aqua mundatꝰ periit. Celi aũt q̃ nunc
ſũt z terra eodẽ verbo repoſiti ſũt ignibꝰ
reſeruati in die iudicij: et perditionis

impiorꝫ hominũ. Et nũ vero hꝰ non
lateat vos carissimi: qꝗ unus dies a-
pud dñm sicut mille ãni
sicut dies unus. Nõ tardat dñs pro-
missi: sed patienter agit propter vos:
nolens aliquos perire sed omnes ad pe-
nitentiã reuerti. Adueniet aũt dies do-
mini ut fur: i quo celi magno impetu
transient: elementa vero calore solue-
tur. Eũ hꝰ igit oia dissoluenda sint:
quales oportet vos esse i sãctis ꝑuersa-
tionibꝫ et pietatibꝫ exspectãtes ⁊ ꝓpe-
tes in aduentũ diei dñi: p quẗ celi arden-
tes solueẗ ⁊ elementa ignis ardore ra-
beficẽ? Nouos vero celos et nouã tẽã
et ꝓmissa ipius exspectamꝰ: in ꝗbus
iustitia habitat. Propter qd carissimi
hꝰ exspectãtes · satagite immaculati
et inuiolati et inuenti i pace: et dñi nri
lõganimitatẽ salutẗ arbitramini: si-
cut ⁊ carissimꝰ frater noster paulꝰ secũ-
dũ datã sibi sapiẽtiã scripsit vobis: si-
cut ⁊ i omnibꝫ epistolis loquens i eis de hisꝫ:
i ꝗbꝫ sunt quedã difficilia intellectu· que
indocti ⁊ instabiles deprauãt· sicut ⁊ re-
liquas scripturas· ad suã iporꝫ pditionẽ.
Vos igit fres ꝓuidẗe· cauẗe dnc ne insi-
pientũ errore ꝛãsducti excidatis a ꝓpria
firmitate: crescite vero i gratia ⁊ i cogni-
tione dñi nri et saluatoris ihesu cristi.
Ipi gla et nũc et i die eternitatis amẽ.

Explicit epla bẽ petri apli secunda
Incipit argumentum in eplam Ie
an iohannis apli primam D·

RAtionẽ verbi· et qꝰ dꝰ ipse
sit caritas manifestat: et
suspiciones fratrũ nec deũ
fore· nec pios fieri posse
eo usqꝫ dilexerit ut esse comprobet ho-
minibꝫ: eo qꝰ odiũ sit interfectionis
occasio. Explicat argumẽ· Incipit
epla bẽ iohis apli primã ·i·

Quod fuit ab initio·
quod audiuimus·
quod vidimus oc-
lis nostris· qd ꝓspe-
ximus· ⁊ manus nre
contrectauerũt de ver-
bo vite: ⁊ vita manifesta ẽ: ⁊ vidimꝰ et te-
stamur ⁊ ãnũciamus vobis vitã ete-
nam· que erat apud patrẽ· ⁊ apparuit
nobis. Quod vidimꝰ et audiuimus
annũciamꝰ vobis: ut ⁊ vos societatẽ
habeatis vobiscũ: ⁊ societas nostra sit
cũ patre et cũ filio eꝰ ihesu cristo. Et hꝰ
scribimꝰ vobis: ut gaudeatis ⁊ gaudi-
um vrũ sit plenũ. Et hꝰ ẽ annũtiatio
quã audiuimꝰ ab eo ⁊ annũtiamus
vobis: qm deus lux est: ⁊ tenebre in eo
nõ sunt ulle. Si dixerimꝰ qm societa-
tem habemus cũ eo et in tenebris ãbu-
lamꝰ: mentimur· et veritatẽ nõ facimꝰ.
Si aũt i luce ãbulamꝰ sicut et ipse est in
luce societatẽ habemꝰ ad invicẽ: ⁊ san-
guis ihesu filij eꝰ mũdat nos ab omni
peccato. Si dixerimꝰ qm peccatũ non
habemꝰ ipi nos seduimꝰ: ⁊ veritas in
nobis nõ est. Si cõfitemur peccata
nra: fidelis ẽ et iustus ut remittat no-
bis peccata nra: ⁊ mũdet nos ab omni
iniquitate. Si dixerimꝰ qm non peca-
uimus: mendacem facimus eum: ⁊
verbum eius non est in nobis. ¶

Filioli mei: hec scribo vobis ut nõ
peccetis. Sed et si quis peccaue-
rit: aduocatũ habemꝰ apud patrẽ ihe-
sum cristũ iustũ. Et ipse ẽ ꝓpitatio pro
peccatis nris: nõ pro nostris aũt tan-
tum: sed etiã ꝓ totius mũdi. Et in hoc
sciamus qm cognouimꝰ eũ: si mãdata
eius obseruamꝰ. Qui dicit se nosse eũ
et mãdata eius nõ custodit mendax ẽ
et in hoc veritas nõ est. Qui aũt custo-
dit verbũ eius: vere i hoc caritas dei perfe-

ct. In hoc scimus qm in ipo sumus.
Qui dicit se i cristo manere: debet sicut
ille ambulauit· ⁊ ipe ãbulare. Carissi-
mi nõ mandatũ novũ scribo vobis:
sed mãdatũ vetus quod habuistis ab
initio. Mandatũ vetus ẽ: verbũ quod
audistis. Iterũ mãdatũ novũ scribo
vobis qd verum ẽ in ipo et i vobis:
quia tenebre trãsierũt· ⁊ verũ lumen iã
lucet. Qui dicit se in luce esse ⁊ fratrem
suum odit: i tenebris est usqꝫ adhuc.
Qui diligit fratrẽ suũ in lumine ma-
net: ⁊ scandalũ eo nõ est. Qui aũt o-
dit fratrẽ suũ in tenebris ẽ ⁊ i tenebris
ambulat: ⁊ nescit quo eat: qꝗ tenebre
obcecauerũt oculos eꝰ. Scribo vobis
filioli: qm remittuntur vobis peccata ve-
stra ꝓter nomẽ eꝰ. Scribo vobis pa-
tres: qm cognouistis eũ q ab initio
est. Scribo vobis adolescẽtes: quoniã
vicistis malignum. Scribo vobis in-
fantes qꝗ cognouistis patrẽ. Scribo
vobis iuuenes: qm fortes estis ⁊ vbũ
dei manet in vobis: et vicistis mali-
gnũ. Nolite diligere mũdũ: neq; ea q
in mũdo sũt. Si quis diligit mũdũ:
non est caritas patris in eo. Quoniam
omne qd est i mũdo cõcupiscẽtia carnis
est: ⁊ cõcupiscẽtia oculorꝫ ⁊ superbia vite
que nõ est ex patre: sed ex mũdo est. Et
mũdus trãsit ⁊ cõcupiscẽtia eius. Qui
aũt facit voluntatẽ dei: manet i eternũ.
Filioli: nouissima hora ẽ. Et sicut au-
distis qꝗ antichristus venit: nũc ãtichri-
sti multi facti sũt. Vnde scimꝰ qꝗ no-
uissima hora ẽ. Ex nobis prodierũt:
sed nõ erant ex nobis. Nã si fuissent
ex nobis: ꝓmansissent vtiq; nobiscũ.
Sed ut manifesti sint: qm nõ sũt omnes
ex nobis. Sed vos unctionẽ habetis
a sancto: ⁊ nostis oia. Nõ scripsi vo-
bis quasi ignorantibꝫ veritatẽ: sed qꝫ
sciẽtibꝫ eã: ⁊ qm omne mendaciũ ex veri-
tate nõ est. Quis est mendax: nisi is qui
negat qm ihesus est cristus? Hic est ãtichri-
stus: qꝗ negat patrẽ ⁊ filiũ. Omnis qꝗ ne-
gat filiũ nec patrẽ habet: qꝗ confitetur
filiũ: et patrẽ habet. Vos qd audistis
ab initio· i vobis ꝓmaneat: qꝗ si in
vobis ꝓmanserit qd audistis ab ini-
tio: ⁊ vos in filio ⁊ patre manebitis. Et
hꝰ est repromissio: quã ipe pollicitus
est nobis vitã eternã. Hec scripsi vobis
de hisꝫ qꝗ seducũt vos. Et vos unctio
nem quã accepistis ab eo maneat in
vobis. Et nõ necesse habetis ut aliqꝫ
doceat vos: sed sicut unctio eꝰ docet
vos de omnibꝫ. Et verũ est: ⁊ nõ est men-
daciũ. Et sicut docuit vos: manete in
eo. Et nũc filioli manete i eo: ut cũ ap-
paruerit habeamꝰ fiduciã: ⁊ nõ ꝛõfun-
damꝰ ab eo in aduentu eꝰ. Si scitis qm iu-
stꝰ ẽ: scitote quoniam et omnis qui
facit iusticiam ex ipo natus est. ¶¶

Videte qualẽ caritatẽ dedit nobis
pater: ut filij dei nominemur et
simus. Propter hꝰ mũdus nõ nouit
nos: qꝗ nõ nouit eũ. Carissimi nunc
filij dei sumꝰ: ⁊ nondũ apparuit qd erimꝰ.
Scimꝰ qm cũ apparuerit similes ei erimꝰ: qm videbimus eũ sicut est.
Et omnis qꝗ habet hãc spẽ in eo: sanctifi-
cat se sicut et ille sanctꝰ est. Omnis qui
facit peccatũ: ⁊ iniquitatẽ facit. Et pecca-
tũ est iniquitas. Et scitis qꝗ ille apparu-
it ut peccata tolleret: ⁊ peccatũ in eo nõ
est. Omnis qꝗ in eo manet nõ peccat. Et
omnis qꝗ peccat nõ vidit eũ: nec cognou-
it eũ. Filioli: nemo vos seducat. Qui
facit iusticiã iustꝰ est. Sicut et ille iustꝰ
est. Qui facit peccatũ ex diabolo est: qm
ab initio diabolus peccat. Qꝗ hꝰ ap-
paruit filius dei: ut dissoluat opera
diaboli. Omnis qui natus est ex deo

peccatū non facit: quē semen ipius in
eo manet: et nō potest peccare: quoniā
ex deo natus ē. In hoc manifesti sunt
filij dei et filij diyaboli. Omnis qui nō
est iustus nō est ex deo: et q̄ nō diligit
fratrē suū. Quoniā hec annūciatio quā
auditis ab initio: ut diligamus alter-
utrum. Non sicut cayn q̄ ex maligno
erat: ⁊ occidit fratrē suū. Et ꝓter quid
occidit eū? Quoniā opera eius maligna
erāt: fratris aūt eius iusta. Nolite mi-
rari fratres si odit vos mūdus. Nos
scim⁹ quoniā trāslati sum⁹ de morte
ad vitā: qui diligim⁹ fratres. Qui nō
diligit: manet i morte. Omnis q̄ odit
fratrē suū homicida ē. Et scitis quoniā
omnis homicida nō habet vitā eternā
in se manēte. In hoc cognouimus
caritatē dei: quē ille animā suam pro
nobis posuit: ⁊ nos debemus pro fra-
tribus animas ponere. Qui habuerit
substānā huius mūdi et viderit fratrē
suū necesse habere ⁊ clauserit viscera su-
a ab eo: quomodo caritas dei manet
in eo? Filioli mei: nō diligam⁹ verbo
neq; lingua: sed opere ⁊ veritate. In hoc
cognoscimus quē ex veritate sum⁹:
et i cōspectu eius suadebimus corda nostra.
Quoniā si reprehenderit nos cor nūm:
maior est deus corde nostro: et nouit
omnia. Carissimi si cor nostrū non re-
prehendat nos fiducia habemus ad
deū: et quicquid petimus accipiemus
ab eo quē mandata eius custodimus: ⁊
ea que sunt placita coram eo facimus.
Et hoc est mandatum eius ut credā-
mus i nomine filij eius ihesu cristi: et
diligam⁹ alterutrū sicut dedit manda-
tum nobis. Et qui seruat mandata
eius in illo manet: et ipse in eo. Et in
hoc scimus: quoniā manet in nobis
de spiritu quem dedit nobis. iiij

Carissimi: nolite omnī spiritui cre-
dere: sed ꝓbate spiritus si ex deo
sunt: quē multi pseudo ꝓphete exierunt
in mundū. In hoc cognoscit spiritus
dei. Omnis spiritus q̄ confitetur ihesum
cristū i carne venisse: ex deo ē. Et omnis
spiritus q̄ soluit ihesum: ex deo nō est:
et hic est antiscristus de quo audistis
quoniā venit: ⁊ nūc iā i mūdo ē. Vos
ex deo estis: et vincistis eū: quē maior est
qui in vobis ē: q̄ qui in mūdo. Ipsi
de mūdo sunt: ideo de mūdo loquunt.
⁊ mūdus eos audit. Nos ex deo sum⁹.
Qui nouit deū audit nos: q̄ non est
ex deo non audit nos. In hoc cognō-
scimus spiritū veritatis et spiritū erro-
ris. Carissimi diligam⁹ nos invicē:
quia caritas ex deo est. Et omnis qui
diligit ex deo natus est: et cognoscit
deū. Qui nō diligit non nouit deum:
quē deus caritas est. In hoc apparuit
caritas dei in nobis: quē filium suū uni-
genitū misit deus i mūdum: ut viuamus
p eū. In hoc ē caritas: nō quasi
nos dilexerimus deū: sed quē ipe prior
dilexit nos: ⁊ misit filium suum ꝓpi-
tiationē pro peccatis nrīs. Carissimi si
deus dilexit nos: et nos debem⁹ alter-
utrum diligere. Deū nemo vidit unq̄.
Si diligam⁹ mutē de⁹ in nobis ma-
net: ⁊ caritas eius in nobis ꝑfecta ē. In
hoc cognoscim⁹ quē in eo manemus
et ipse in nobis: quoniā de spiritu san-
cto suo dedit nobis. Et nos vidimus
et testificamur: quē pater misit filium
suū saluatorē mūdi. Quisquis cōfes-
sus fuerit quoniā ihesus est filius dei:
deus in eo manet et ipse i deo. Et nos
cognouim⁹: ⁊ credidim⁹ caritati quā
habet deus i nobis. Deus caritas ē:
et qui manet in caritate i deo manet:
et deus in eo. In hoc ꝑfecta est caritas

nobiscū: ut fiduciā habeam⁹ in die iu-
dicij: q̄a sicut ille ē: ⁊ nos sumus i hoc
mūdo. Timor nō ē in caritate: sed per-
fecta caritas foras mittit timorē: quē
timor penā habet. Qui aūt timet nō
ē ꝑfectus i caritate. Nos ergo diliga-
mus deū: quē de⁹ prior dilexit nos. Si
q̄s dixerit quē diligo deū ⁊ fratrem suū ode-
rit: mēdax ē. Qui enī nō diligit fratrem su-
um quē videt: deū quē nō videt quō po-
test diligere? Et hoc mādatū habem⁹ a de-
o: ut q̄ diligit deū: diligat ⁊ fratrem suū.
Omnis q̄ credit quē ihesū ē cristū: v
ex deo natus ē. Et omis q̄ diligit eū
q̄ genuit: diligit ⁊ eū q̄ natus ē ex eo. In
hoc cognoscim⁹ quē diligim⁹ natos
dei: cū deū diligam⁹ ⁊ mādata eius faciā-
mus. Hec ē enī caritas dei ut mādata
eius custodim⁹: ⁊ mādata eius gravia
nō sūt. Quoniā omē q̄ natū ē ex deo
vincit mūdū: et hec ē victoria q̄ vincit
mūdū: fides nrā. Quis ē aūt q̄ vincit
mūdū: nisi q̄ credit quē ihesus ē filius
dei? Hic ē q̄ venit p aquā ⁊ sanguinem
ihesus cristus. Non in aqua solū: sed in
aqua ⁊ sanguine. Et spiritus ē q̄ testi-
ficat: quē cristū ē veritas. Quoniā tres
sūt q̄ testimoniū dāt i celo: pater: verbū
et spiritus sanctus: ⁊ hij tres unū sunt.
Et tres sūt q̄ testimoniū dāt i terra: spi-
ritus: aq̄: ⁊ sānguis: ⁊ tres unū sūt. Si te-
stimoniū hoīm accipim⁹: testimoniū
dei maius ē. Quoniā hec ē testimoniū
dei q̄d maius ē: quē testificat: ē de filio
suo. Qui credit in filiū dei: habet testi-
monū dei in se. Qui nō credit filio mē-
dacē facit eū: q̄a nō credit i testimoniū
q̄d testificat: ē deus de filio suo. Et hec
ē testimoniū: quē vitā eternā dedit no-
bis deus: ⁊ hec vita in filio eius ē. Qui hā-
bet filiū habet vitā: q̄ nō habet filium
dei: vitā nō habet. Hec scribo vobis:
ut scatis quē vitā habeātis eternā: q̄ cre-
ditis in nomē filij dei. Et hec est fiducia
quā habem⁹ ad deū: q̄a quecūq; peti-
mus secūm voluntatē eius audit nos.
Et scim⁹ q̄a audit nos: quicquid peti-
mus. Scimus: quē habem⁹ petitio-
nes q̄s postulam⁹ ab eo. Qui scit fratrem
suū peccare peccatū nō ad mortē: petat
⁊ dabit ei vita peccātī non ad mortem.
Est peccatū ad mortē: nō pro illo dico
ut roget q̄s. Omnis iniqtas peccatū
est: ⁊ est peccatū ad mortē. Scimus q̄a
omis q̄ natus ē ex deo nō peccat: sed ge-
neratio dei conseruat eū: ⁊ malignus nō
tāget eum. Scim⁹ quē ex deo sumus:
et mūdus totus i maligno positus ē.
Et scim⁹ quē filij dei venit ⁊ dedit nobis
sensū: ut cognoscam⁹ verū deū: ⁊ sum⁹
i vero filio eius. Hic ē verus de⁹: ⁊ vita e-
terna. Filioli: custodite vos a simulacris.

Explicit epistola primā beati iohānis apostoli. Incipit argumentū in epistolā secundē iohānis.

Quo: a deo ad laudā feminā
scribit ut caudē dominam non dubitet lucens
appellare: eiusdēq; filijs testimoniū q̄ ambulet in veritate prohibeat.

Explicit argumentū. Incipit epistola beati iohānis apostoli iohānis. I.

Senior: electe dōne et
natis eius quos ego diligo in veritate: ⁊ non ego solus
sed et omnes qui
cognouerunt veritatem: propter veritatem que manet
in nobis: et nobiscum erit in eternum. Sit nobiscum gratia misericordia
pax a deo patre: ⁊ a cristo ihesu filio patris in veritate et caritate. Gauisus sū valde quoniā inuenti de filijs
tuis ambulātes i veritate: sicut mādatū

accepimus a pre. Et nūc rogo te dna
non tanq; mādatū nouū scribēs tibi:
sed qd habuimus ab initio: ut diliga-
mus alterutrū. Et hc ē caritas: ut am-
bulem⁹ scdm mādata eiⁿ. Hoc enim ē
mandatū: ut quemadmodū audistis
ab initio in eo ambuletis: quū multi se-
ductores egressi ī mūdū q nō cōfitenē
ihesū cristū venisse in carnē. Hic ē sedu-
ctor: z antichristus. Videte vosmetipsos
ne perdatis q operati estis: sed ut mer-
cedem plenā accipiatis. Omis q rece-
dit et nō manet ī doctrina cristi: deū
nō habet. Qui manet ī doctrina: hic
patrē et filiū habet. Si qs venit ad vos
et hāc doctrinā nō affert: nolite recipe-
re eū ī domū: nec ave ei dixeritis. Qui
enī dicit illi ave: cōmunicat operib⁹ eiⁿ
malignis. Plura habēs vobis scribe-
re: nolui p carta et atramentū. Spero
enī me futurū apud vos: et os ad os
loqui: ut gaudiū vrū plenū sit. Ha-
lutāt te filie sororis tue electe. Explic
epla secda bēi iohannis apli. Incip
pur argumēt in epla ad parthos

Si qui putatis causa esto-
lit aut ut in ipsa putate
maneat exhortator: dicere
potest impietatis et superbie
causa obnubgat: detractio aūt bonū
testimoniū phibet cum fratribus qui
utēlis. Explicit argumentū. Incip
epla bēi iohis apli tertia. ī.

Senior: gaio carissi-
mo: quē ego diligo
in veritate. Carissi-
me de omnibus oran-
tem facio prospe-
re te ingredi et valē-
re: sicut prospere agit aia tua. Gauiⁿ
sum valde venientibus fratribus z testi-
monium phibentibus veritati tue: sicut
tu in veritate ambulas. Maiorē hanc
nō habeo gratiā: q ut audiam filios
meos in veritate ambulāres. Carissi-
me: fideliter facis quicqd operaris in
fratres: z hoc ī peregrinos: q testimoni-
um reddiderūt caritati tue in conspectu
ecclesie: quos benefaciens deduc⁹ di-
gne deo. Pro nomine enim eiⁿ profecti
sunt: nichil accipientes a gentilib⁹. Nos
ergo debemus suscipere hmōdi: ut
cooperatores simus veritatis. Hem
phillerum forsitan ecclesie: sed is q amat
primatum gerere in eis diotrepes non
recipit nos. Propter hoc si venero com-
monēbō eius opera que facit: vobis ma-
liguis garrīs in nos. Et qnāq nō ei
ifta suficiat: neq; ipe suscipit fres: z
eos qui suscipiūt phibet: z de ecclesia
eicit. Carissime noli imitari malum:
sed qd bonū est. Qui benefacit ex deo
est: qui malefacit nō vidit deū. Demē-
trio testimoniū reddit ab omnibus z ab
ipa veritate: sed z nos testimoniū ph-
hibemus: z nostū quū tēstimoniū verū
est. Multa habui tibi scribere: sed no-
lui p atramētū et calamū scribere tibi.
Spero aūt protinus te videre: z os ad
os loquemur. Pax tibi. Salutant te
amici. Salutā amicos per nomē. Ex
plic epla tertia bēi iohis apli. Incip
argumēt in epla bēi iude apli.

Iudas apostolus: fratres de corrupti-
bus vie veritatis ita informat: ut illum
esse disceret de subiugo fauēt eos
huiusmodi: detinū optā suū offerens
vocare seculibus. Explic argumēt
Incipit epla bēi iude apli cap. ī.

Iudas iheū cristi servus fratr aut
iacobi: hijs qui sunt in deo patre dile-
ctis: z cristo iheū conservatis et vocā-
tis. Misericordia vobis et pax et cari-
tas adimplēatur. Carissimi omnem

sollicitudinem faciēs scribendi vobis
de cōmuni vestra salute necessē habui
scribere vobis: deprecans supercelestri
semel tradite sanctis fidei. Subin-
trouierunt enim quidam homines qui
olim prescripti sunt in hoc iudicium
impij: domini nostri gratiam trans-
ferentes in luxuriam: et solum domi-
natorem et dominum nostrum ihesum
cristum negantes. Commonere
autem vos volo scientes semel omnia
: quoniam iheūs populum de terra
egipti saluans: secundo eos qui
non crediderunt perdidit. Angelos
vero qui non seruauerunt suum prin-
cipatum sed dereliquerunt suum do-
micilium: in iudicium magni die
vinculis eternis sub caligine reseruā-
uit. Sicut sodoma et gomorra et
circumcirca ciuitates simili modo exor-
nicate et abeuntes post carnem alte-
ram: facti sunt exemplum ignis eter-
ni penam sustinentes. Similiter z hij
quidem carnem maculant: dominā-
tionem autem spernunt: maiestatem
autem blasphemant. Cum michael
archangelus cum diabolo disputās
altercaretur de moysi corpore: non
est ausus iudicium inferre blasphe-
mie: sed dixit. Imperet tibi deus. Hij
autem quecunq; quidem ignorant
blasphemant: quecunq; autem natu-
raliter tanq; muta animalia norunt:
in hijs corrumpuntur. Ve illis qui
via caini abierunt: et errore balaam
mercede effusi sunt: et in contradicti-
one chore abierunt. Hij sunt in epu-
lis suis macule conuiuantes: sine ti-
more: semetipsos pascentes: nubes
sine aqua: que a ventis circumferun-
tur: arbores autumnales: infructuo-
se: bis mortue: eradicate: fluctus fero-
maris: despumantes suas confusio-
nes: stelle errantia: quibus procella te-
nebrarū seuata ē eternū. Prophetauit
autem et de hijs septimus ab adam
enoch dicens. Ecce venit dominus in
sanctis milibus suis facere iudicium
contra omnes: et arguere omnes im-
pios de omnibus operibus impietatis
eorum: quibus impie egerunt: et de o-
mnibus duris que locuti sunt contra
deum peccatores impij. Hij sunt mur-
muratores querelosi secundū desideria
sua ambulantes: et os eorum lo-
quitur superbiam: mirantes personas
questus causa. Vos autem carissimi
memores estote verborum que ꝓdicta
sunt ab apostolis domini nostri ihe-
su cristi: qui dicebāt vobis quoniam
in nouissimis temporibus venient il-
lusores secundū desideria sua ambu-
lātes in impietatibus. Hij sunt qui
segregant semetipsos: animales: spi-
ritum non habentes. Vos autem ca-
rissimi superedificantes vosmetipsos
sanctissime nostre fidei: in spiritu san-
cto orantes: ipsos vos in dilectione
dei seruate: exspectantes misericordiā
domini nostri ihesu cristi in vitam
eternam. Et hos quidem arguite iu-
dicatos: illos vero saluate de igne
rapientes. Alijs autem misereminī
in timore: odientes et eam que car-
nalis est maculatam tunicam. Si
autem qui potens est vos conseruā-
re sine peccato: et constituere ante cō-
spectum glorie sue immaculatos in
exultatione: soli deo saluatori nostro
per ihesum cristum dominum nostrū
gloria magnificentia imperium z po-
testas ante omne seculum: et nunc
et in omnia secula seculorum amen.
Explicit epla bēi iude apli

Incipit prologus in apocalipsin

Johannes apostolus et euangelista a cristo electus atq; dilectus · in tanto amore dilectionis ubertate habitus est · ut in cena supra pectus eius recumbere et ad mensam alitatus soli matrem propriam commendasset : ut quem nubere volentem ad amplexum virginitatis alcuerat : ipsi ad custodiendam virginem tradidisset . Hic igitur cum propter verbum dei et testimonium ihesu cristi in pathmos insulam secretur exilium illic ab eodem apocalipsis per ostensa describit : ut sicut in principio canonis id est libri geneseos incorruptibile principium pnotat : ita etiam incorruptibilis finis p virginis in apocalipsi redderet dicentis . Ego sum alpha et o : initium et finis . Hic est iohannes · qui fertur supervisse sibi diem egressionis de corpore comitatus i ephesio discipulis deferendum inde sublimi sepulture sue locum : orationeq; spiritum reddidit spiritui · tam a dolore membra sacri tetanus : nec a corruptione carnis noscit alienus . Eius tamen scripture dispositio vel libri ordinatio ideo a nobis p singula non tenuit : ut nescientibus inquirendi desiderium collocetur : et quaerentibus labores studiosis · et dno magistri doctrina servetur . Explicit prologus incipit liber apocalipsis beti iohannis apli ·

Apocalipsis ihesu cristi quam dedit illi deus palam facere servis suis que oportet fieri cito : et significavit mittens per angelum suum suo iohanni qui testimonium perhibuit verbo dei et testimonium ihesu cristi quecumq; vidit . Beatus qui legit et qui audit verba prophetie huius : et servat ea que in ea scripta sunt . Tempus enim prope est . Iohannes septem ecclesiis que sunt in asya . Gratia vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui venturus est : et a septem spiritibus qui in aspectu throni eius sunt : et a ihesu cristo qui est testis fidelis primogenitus mortuorum et princeps regum terre : qui dilexit nos et lavit nos a peccatis nris in sanguine suo et fecit nos regnum et sacerdotes deo et patri suo : ipsi gloria et imperium : in secula seculorum amen . Ecce venit cum nubibus : et videbit eum omnis oculus : et qui eum pupugerunt . Et nunc plangent se super eum omnes tribus terre : etiam amen . Ego sum alpha et o : principium et finis · dicit dominus deus qui est et qui erat et qui venturus est omnipotens . Ego iohannes frater vester et particeps i tribulatione et regno et patientia in cristo ihesu : fui i insula q̃ appellatur pathmos propter verbum dei et testimonium ihesu . Fui in spiritu in dominica die : et audivi post me vocem magnam tanquam tube dicentis . Quod vides scribe in libro : et mitte septem ecclesiis ephesio et smirne et pergamo et thiatire et sardis et philadelphie et laodicie . Et versus sum : ut viderem vocem q̃ loquebatur mecum . Et conversus vidi septem candelabra aurea : et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum podere : et precinctum ad mamillas zona aurea . Caput autem eius et capilli erant candidi tanquam lana alba : et tanquam nix . Et oculi eius tanquam flamma ignis : et pedes eius similes aurichalco sicut i camino ardenti . Et vox illius tanquam vox aquarum multarum : et habebat i dextera sua stellas septem . Et de ore eius gladius utraq; parte acutus egredebatur : facies eius sicut sol lucet in virtute sua . Et cum vidissem eum :

recidi ad pdes ei⁹ tanq̃ mortuus. Et
posuit dexterā suā sup me dicens. Noli
timere. Ego sum p̃ⁿ⁹ et nouissimus⁹
et viuus: ⁊ fui mortuus ⁊ ecce sū viuēs
in secla seculor: ⁊ habo claues mortis
et inferni. Scribe ergo q̃ vidisti ⁊ que
sunt: ⁊ que oportet fieri post hec. Sacra-
mentū septem stellarū quas vidisti in
dextera mea ⁊ septē candelabra aurea:
septē stelle ag̃eli sūt septē ecclie: ⁊ can-
delabra septē. septem ecclesie sunt. ¶

Et ag̃elo ephesi ecclesie scribe. Hec
dicit q̃ tenet septē stellas in dextera
sua: qui ambulat ī medio septem
candelabrorū aureorū. Scio opera tua
et laborē ⁊ patientiā tuā: ⁊ q̃a nō potes
sustinere malos. Et tentasti eos q̃
se dicunt apostolos esse ⁊ non sunt: et
inuenisti eos mendaces. Et patientiam
habes: ⁊ sustinuisti propt̃ nomē meū:
et nō defecisti. Sed habeo adūsum te
pauca: q̃ caritatē tuā primā reliquisti.
Memor esto itaq̃ unde excidisti: et age
penitentiā: ⁊ prima opera fac. Sinautē
veniō tibi ⁊ mouebo candelabrū tuū
de loco suo: nisi penitentiā egeris. Sed
hoc habes quia odisti facta nicholai-
tarum: que ⁊ ego odi. Qui habet aures
audiat: q̃d spiritⁿ dicat ecclesijs. Vin-
centi dabo edere de ligno vite: quod ē
in paradiso dei mei. Et angelo smirne
ecclesie scribe. Hec dicit primus ⁊ nouis-
simus: qui fuit mortⁿ ⁊ vixit. Scio
tribulationē tuā ⁊ paupertatē tuam: sed
diues es ⁊ blasphemaris ab hijs qui
se dicunt iudeos esse ⁊ nō sunt: sed sū
synagoga sathanē. Michil horum ti-
meas que passurus es. Ecce missurus
est diabolus ex vobis in carcerem ut
tempteminī: ⁊ habebitis tribulationem
dierū decem. Esto fidelis usq; ad mor-
tem: ⁊ dabo coronam vite. Qui habet
aures audiat: quid spiritus dicat ec-
clesijs. Qui vicerit: non ledet a morte
secūda. Et angelo pergamo ecclesie scri-
be. Hec dicit q̃ habet rumphēa vtraq;
parte acutā. Scio vbi habitas vbi se-
des ē sathanē: et tenes nomen meū et
nō negasti fidē meā. Et ī diebus illis
antipias testis meus fidelis q̃ occisus
est apud vos: vbi sathanas habitat.
Sed habeo adūsus te pauca: q̃a habes
illic tenentes doctrinā balaam q̃ docebat
balac mittere scandalū coram filijs isra-
hel edere ⁊ fornicari: ita habes ⁊ tu mul-
tos doctrinam nicholaitarū. Similiter
penitentiam age: si quo minus: Veniam
tibi cito ⁊ pugnabo cū illis in gla-
dio oris mei. Qui habet aures audi-
at: q̃d spiritus dicat ecclesijs. Vincenti
dabo manna absconditū: ⁊ dabo illi
calculum candidū ⁊ in calculo nomē
nouū scriptum: q̃d nemo scit nisi qui
accipit. Et angelo thyatire ecclesie scribe.
Hec dicit filij dei: q̃ habet oculos tanq̃
flammā ignis: ⁊ pedes eⁿ simil aure-
calco. Scio opera tua ⁊ fidem et caryta-
tem tuā ⁊ ministeriū ⁊ patientiā tuā: et
opera tua nouissima plura prioribus.
Sed habeo adūsⁿ te pauca q̃a permittis
mulierē iherabel que se dicit prophetam
docere ⁊ seducere seruos meos: fornica-
ri et mādducare de ydolothis. Et dedi
illi tempus ut penitentiā ageret: ⁊ nō
vult penitere a fornicatione sua. Ecce
ego mitto eam in lectū: ⁊ q̃ mechantur
cū ea in tribulatione magna eorum: nisi
penitentiam ab operibus suis egerint:
et filios eⁿ interficiā in morte: et si-
cut omnes ecclie quia ego sū scrutans
renes ⁊ corda: ⁊ dabo vnicuiq; vestrū
secūm opera vra. Vobis autē dico ⁊ re-
ceteris quia thyatire estis: quicūq; non
habent doctrinā hāc ⁊ q̃ nō cognouerūt

altitudinem sathanē quēadmodū di-
cunt: nō mittā sup vos aliud pōdus:
tamen id q̃ nō habetis tenete donec veni-
am. Et qui vicerit ⁊ custo dierit vsq; in
finē opera mea: dabo illi potestatē supr
gentes et reget eas ī virga ferrea ⁊ tanq̃
vas figuli cōfringentur sicut ⁊ ego
accepi a patre meo: ⁊ dabo illi stellam
matutinam. Qui habet aures audi-
at: quid spiritus dicat ecclesijs. ¶

Et angelo ecclie sardis scribe. Hec
dicit qui habet septē spiritⁿ dei:
et septem stellas. Scio opera tua: q̃a
nomen habes q̃ viuas: et mortⁿ es.
Esto vigilans: ⁊ cōfirma cetera q̃ mo-
ritura erāt. Sed nō enī inuenio opera tua
plena coram deo meo. Ī mente ergo
habe qualiter acceptēs ⁊ audiēs
et serua: ⁊ penitentiā age. Si ergo nō
vigilaueris veniam ad te tanq̃ fur: ⁊
nescies qua hora veniā ad te. Sed ha-
bes pauca nomina in sardis q̃ nō in-
quinauerūt vestimēta sua: ⁊ ambula-
bunt mecū ī albis q̃a digni sūt. Qui
vicerit sic vestiet vestimēntis albis: ⁊ nō
delebo nomen eⁿ de libro vite: ⁊ cōfite-
bor nomen eⁿ coram ag̃elis eⁿ. Qui habet aures audiat: q̃d
spiritus dicat ecclesijs. Et angelo phi-
ladelphie ecclesie scribe. Hec dicit san-
ctus et verus qui habet clauē dauid: q̃
aperit et nemo claudit: claudit ⁊ nemo
aperit. Scio opera tua. Ecce dedi coram
te ostium apertum quod nemo potest
claudere: quia modicam: habes vir-
tutem et seruasti verbum meū: ⁊ non
negasti nomē meū. Ecce dabo de syna-
goga sathanē q̃ dicūt se iudeos esse ⁊
non sunt: sed mentuntur. Ecce faciam
illos ut veniant ⁊ adorēt ante pedes
tuos: ⁊ sciant q̃a ego dilexi te. Quoniam
seruasti verbū patientie mee: ⁊ ego
seruabo te ab hora temptationis que
ventura ē in orbē vniūsum temptare
habitātes ī terra. Ecce venio cito. Tene
q̃ habes: ut nemo accipiat coronā
tuam. Qui vicerit faciā illū columnā
in templo dei mei: ⁊ foras nō egredietur
amplⁿ. Et scribā sup eum nomen dei
mei ⁊ nomen ciuitatis dei mei nouē
ierusalē que descendit de celo a deo me-
o: et nomen meū nouū. Qui habet au-
rem audiat: quid spiritⁿ dicat ecclesijs.
Et angelo laodicie ecclesie scribe. Hec
dicit amen testis fidelis ⁊ verus: qui ē
principū creature dei. Scio opera tua:
q̃a neq; frigidus es neq; calidus. Vi-
nam frigidⁿ esses aut calidus. Sed
quia tepidus es ⁊ nec frigidus nec ca-
lidus: incipiā te euomere ex ore meo:
quia dicis q̃ diues sum ⁊ locupletatus
⁊ nullius egeo: ⁊ nescis q̃a tu es miser
et miserabilis: ⁊ pauq̃ ⁊ cecus ⁊ nudⁿ.
Suadeo tibi emere a me aur ignitū
probatū ut locuples fias: et vestimen-
tis albis induaris ut nō apareat cōfusio
nuditatis tue: ⁊ collirio inunge
oculos tuos ut videas. Ego quos a-
mo arguo ⁊ castigo. Emulare ergo:
et penitentiā age. Ecce sto ad ostium ⁊
pulso. Si quis audierit vocē meā ⁊ a-
pererit michi ianuā intrabo ad illū:
et cenabo cū illo: ⁊ ipse mecū. Qui vice-
rit dabo ei sedere mecū ī throno meo:
sicut et ego vici ⁊ sedi cū patre meo in
throno eius. Qui habet aures audi-
at: quid spiritⁿ dicat ecclesijs. ¶

Post hec vidi: ⁊ ecce ostium apertū
in celo: ⁊ vox prima quā audiui
tanq̃ tube loquentis mecum dicens.
Ascende huc: ⁊ ostendā tibi q̃ oportet
fieri cito. Post hec statim fui in spiritu.
Et ecce sedes posita erat ī celo: ⁊ supra
sedē sedens. Et q̃ sedebat similis erat

aspectu lapidis iaspidis et sardinis
et yris erat ⁊ circuitu sedis similis visi-
oni smaragdine. Et in circuitu sedis
sedilia viginti quatuor: ⁊ supra thronos
viginti quatuor seniores sedentes cir-
cumamicti vestimentis albis et in ca-
pitibus eorū coronę aureę. Et de thro-
no procedunt fulgura ⁊ voces ⁊ toni-
trua: ⁊ septē lampades ardentes ante
thronū qui sūt septē spiritus dei. Et
in aspectu sedis tanq̄ mare vitreū simi-
le cristallo: ⁊ in medio sedis ⁊ in circui-
tu sedis quatuor animalia plena oculis
ante et retro. Et animal primū simi-
le leoni ⁊ secūm simile vitulo: ⁊ tertiū a-
nimal habens faciē quasi hominis: ⁊
quartū animal simile aquile volanti.
Et quatuor animalia singula eorū ha-
bebant alas senas: ⁊ in circuitu et in-
tus plena sunt oculis. Et requiem nō
habebant die ac nocte dicentia sanct⁹
sanctus sanctus dnūs d⁹ omnipotens:
qui erat ⁊ q̄ est et qui venturus ē. Et cū
darent illa animalia glam ⁊ honorē
et benedictionē sedēti sup thronū viuē-
ti in secula seculorū: procidēt viginti
quatuor seniores ante sedentē in throno
et adorabāt viuentem in secula secloꝝ:
et mittebāt coronas suas ante thronū
dicentes. Dignus es dne deus noster
accipere glam ⁊ honorem ⁊ virtutem:
quia tu creasti omnia: et propter vo-
luntatem tuā erant et creata sunt. ◊

Et vidi in dextera sedentis supra
thronū librū scriptum intus et
foris: signatū sigillis septem. Et vidi
angelū fortem et pdicantem voce ma-
gna. Quis ē dignus aperire librum ⁊
soluere signacula eius? Et nemo poterat
neq̄ in celo neq̄ in terra neq̄ subt⁹
terram aperire librū: neq̄ respicere illū. Et
ego flebā multū: quoniā nemo dignus
inuentus ē aperire librū: nec videre eum.
Et unus de seniorib⁹ dixit mihi. Ne
fleueris. Ecce vicit leo de tribu iuda ra-
dix dauid aperire librū ⁊ soluere septē
signacula eius. Et vidi: et ecce ī medio
throni ⁊ quatuor animaliū ⁊ in medio
seniorum agnum stantem tanq̄ occi-
sum habentem cornua septem ⁊ oculos
septem: q̄ sūt septē spiritus dei missi in o-
mnem terrā. Et venit: ⁊ accepit de dextera
sedentis ī throno librū. Et cū aperu-
isset librū: quatuor animalia ⁊ viginti
quatuor seniores ceciderunt coram agno
habentes singuli citharas ⁊ fialas au-
reas plenas odoramentorū q̄ sunt ora-
tiones sanctorū: ⁊ cantabāt canticū no-
uum dicentes. Dignus es dne accipe-
re librum ⁊ aperire signacula eius: qui
occisus es ⁊ redemisti nos deo ī sangui-
ne tuo ex omni tribu ⁊ lingua et pplo
et natione: ⁊ fecisti nos deo nostro re-
gnum ⁊ sacerdotes ⁊ regnabim⁹ super
terrā. Et vidi: ⁊ audiui vocē angelorū
multorū in circuitu throni ⁊ animaliū
et seniorū: ⁊ erat numer⁹ eorū milia mi-
lium dicentiū voce magna. Dignus
est agnus q̄ occisus ē accipere virtutē
et diuitias ⁊ sapienciā ⁊ fortitudi-
nem et honorem ⁊ gloriā ⁊ benedictio-
nem. Et omnē creaturā quę in celo est
et super terrā et sub terra ⁊ q̄ sunt ī mari
et q̄ in eo: omnes audiui dicentes sedēti
in throno et agno. Benedictio et ho-
nor et gloria et potestas in secula secu-
lorū. Et quatuor animalia dicebant
amen. Et viginti quatuor seniores ce-
ciderunt in facies suas: et adorauerūt
viuentem in secula seculorum. VI.

Et vidi q̄ aperuisset agnus unū
de septem sigillis: et audiui u-
num de quatuor animalibus dicens
tanq̄ vocem tonitui. Veni et vidi.

Et vidi: et ecce equus albus: et qui
sedebat sup illū habebat arcū: ⁊ data
est ei corona: ⁊ egressus est vincēs et vince-
re. Et cū aperuisset sigillū secūm: audi-
ui secūm animal dicens. Veni et vide.
Et egressus alius equus rufus: ⁊ q̄ sede-
bat sup illū datū est ei ut sumeret pacē
de terra: ⁊ ut invicem se interficiant: et
datus est ei gladius magnus. Et cū a-
peruisset sigillū tertium: audiui tertiū
animal dicens. Veni ⁊ vide. Et ecce e-
quus niger: ⁊ q̄ sedebat sup illū habe-
bat stateram in manu sua. Et audiui
tanq̄ vocem ī medio quatuor animā-
lium dicentiū. Bilibris tritici denario
uno: ⁊ tres bilibres ordei denario uno:
et vinū ⁊ oleum ne lesseris. Et cū aperu-
isset sigillū quartū audiui vocē quar-
ti animalis dicentis. Veni ⁊ vide. Et
ecce equus pallidus: ⁊ q̄ sedebat sup eū
nomen illi mors: ⁊ infernus sequebatur
eum. Et data ē illi potestas sup quatuor
partes terre: interficere gladio fame
et morte et bestiis terre. Et cū aperuisset
sigillū quintū: vidi subtus altare ani-
mas interfectorū propter verbū dei: ⁊ pro-
pter testimoniū q̄d habebāt. Et clama-
bant voce magna dicētes. Vsquequo
dne sanct⁹ et verus non iudicas ⁊ nō
vindicas sanguinē nr̄m de hīs q̄ habi-
tant ī terra? Et date sunt illis singule
stole albe: ⁊ dictū est illis ut requiescē-
rent adhuc tēpus modicū: donec com-
pleant conserui eorū ⁊ fratres eorū qui
interficiendi sunt sicut ⁊ illi. Et vidi cū
aperuisset sigillū sextū: ⁊ ecce terre mot⁹
magnus fact⁹ est. Et sol factus est ni-
ger tanq̄ saccus cilicin⁹: ⁊ luna tota
facta est sicut sanguis: ⁊ stelle de celo
ceciderūt super terram sicut ficus emitte-
ntes grossos suos cū a vento magno mo-
ta. Et celū recessit sicut liber involut⁹:
et omnis mons ⁊ insule de locis suis
mote sunt. Et reges terre ⁊ principes
et tribuni et diuites ⁊ fortes et omnis
seruus et liber abscondēr̄ se ī spelunc⁹
et in petris montiū: ⁊ dicunt montib⁹
et petris cadite sup nos: ⁊ abscondite
nos a facie sedentis sup thronū et ab
ira agni: qm̄ venit dies magnus ire
ipsorum. Et quis poterit stare? VII

Post hec vidi ītuor angelos stan-
tes sup quatuor angulos terre:
tenentes quatuor ventos terre ne flarēt
sup terram: neq̄ sup mare neq̄ ī ullā
arborem. Et vidi alterū angelū ascen-
dentem ab ortu solis habentem signum
dei viui: ⁊ clamauit voce magna: ītuor
angelis quibus datū est nocere terre
et mari dicens. Solite nocere terre ⁊
mari neq̄ arboribus: quoadusq̄ si-
gnauimus seruos dei nr̄i in frontibus eo-
rum. Et audiui numerū signatorū:
centū quadraginta quatuor milia signa-
ti ex omni tribu filiorū israel. Ex tribu iu-
da: duodecim milia signati. Ex tribu
ruben: duodecim milia signati. Ex tri-
bu gad: duodecim milia signati. Ex
tribu aser: duodecim milia signati. Ex
tribu neptalim: duodecim milia signa-
ti. Ex tribu manasse: duodecim milia
signati. Ex tribu symeon: duodecim mi-
lia signati. Ex tribu leui: duodecim mil-
a signati. Ex tribu ysacar: duodecim
milia signati. Ex tribu zabulon: duode-
cim milia signati. Ex tribu ioseph:
duodecim milia signati. Ex tribu ben-
iamin: duodecim milia signati. Post
hec vidi turbā magnā quā dinumera-
re nemo poterat ex omnibus gentib⁹
et tribubus ⁊ pplis ⁊ linguis: stantes
ante thronū ⁊ in cōspectu agni amicti
stolis albis: ⁊ palme ī manibus eorū.
Et clamabant voce magna dicentes.

Salus deo nro: qui sedet sup thronũ
et agno. Et omnes angeli stabant i cir-
cuitu throni ⁊ seniorũ ⁊ quatuor animaliũ:
et ceciderũt i conspectu throni in facies
suas: et adorauerũt deũ dicentes amẽ.
Benedictio ⁊ claritas ⁊ sapiencia ⁊ gra-
ciarũ actio: honor ⁊ virtus ⁊ fortitudo
deo nro: i secula seculorũ amen. Et re-
spondit vn⁹ de senioribus: ⁊ dixit michi.
Hij qui amicti sũt stolis albis q̃ sunt
et vnde venerunt? Et dixi illi. Dñe mi
tu scis. Et dixit michi. Hij sunt q̃ vene-
runt de tribulatione magna: ⁊ laverũt
stolas suas: ⁊ dealbaverũt eas i sãgu-
ne agni. Ideo sũt ãte thronũ dei: ⁊ seruiu-
ent ei die ac nocte in tẽplo eius: et qui
sedet in throno habitabit super illos.
Nõ esurient neq; sitiet amplius: neq;
cadet super illos sol neq; vllus estus:
quia agnus q̃ in medio throni est reget
illos: ⁊ deducet illos ad viue fontes a-
quarum: et absterget deus omnem
lacrymam ab oculis eorum. .VII.

Et cũ aperuisset sigillũ septimũ: fa-
ctum est silentiũ in celo quasi me-
dia hora. Et vidi septẽ angelos stãtes
in cõspectu dei: ⁊ date sunt illis septem
tube. Et alius angel⁹ venit ⁊ stetit ãte
altare habens thuribulũ aureũ: et data
sunt illi incensa multa: ut daret de o-
rationibus sãctorum oinũ supra altare
aureũ qd est ãte thronũ dei. Et ascendit
fumus incensoꝝ de orationibus sancto-
rum de manu angeli coram deo. Et ac-
cepit angel⁹ thuribulũ aureũ: ⁊ imple-
uit illud de igne altaris ⁊ misit in ter-
ram: ⁊ facta sunt tonitua ⁊ voces ⁊ ful-
gura et terre motus magnus: ⁊ septẽ
angeli q̃ habebãt septem tubas ꝓpara-
uerunt se ut tuba canerẽt. Et primus
angelus tuba cecinit. Et facta est grãdo
et ignis mixta i sanguine: ⁊ missũ est
in terrã. Et tertia pars terre combusta
est: ⁊ tertia pars arborũ cõcremata est:
et omne fenũ viride combustũ est. Et se-
cundus angelus tuba cecinit: et tanq̃
mons magn⁹ igne ardẽs missus est
in mare. Et facta est tertia pars maris
sanguis: ⁊ mortua est tertia pars mari-
ne eorũ que habebãt animas i mari: ⁊
tertia pars naviũ interiit. Et tertius
angel⁹ tuba cecinit: ⁊ cecidit de celo stel-
la magna ardẽs tanq̃ faccula. Et ce-
cidit i tertiã partem fluminũ ⁊ in fontes
aquarũ: et nomen stelle dicitur absinthi-
um. Et facta est tertia pars aquarũ i ab-
sinthiũ: ⁊ multi hominũ mortui sũt de
aquis: q̃a amare facte sũt. Et quart⁹
angelus cecinit: ⁊ percussa est tertia pars
solis et tertia pars lune ⁊ tertia pars
stellarũ: ita ut obscuraret tertia pars
eorum: ⁊ diei nõ lucret pars tertia et
nocti similiter. Et vidi: ⁊ audiui vocem
vn⁹ aquile volantis p̃ medium celi dicẽ-
tis voce magna. Ve ve ve habitan-
tibus i terra de ceteris vocibus tuũ ãgelo-
rum: qui erant tuba canituri. .IX.

Et quint⁹ angelus tuba cecinit: ⁊
vidi stellam de celo cecidisse in
terram: ⁊ data est ei clauis putei abissi.
Et aperuit puteum abissi: ⁊ ascendit
fumus putei sicut fumus fornacis ma-
gne: ⁊ obscurat⁹ est sol ⁊ aer de fumo
putei. Et de fumo putei exierũt locuste
in terrã: ⁊ data est illis potestas sicut
habent potestatem scorpiones terre. Et
ꝓcepũ est illis ne lederent fenum terre
neq; omne viride neq; omnem arborẽ:
nisi tantũ homines q̃ nõ habent signũ
dei in frõtibus suis. Et dictũ est eis ne oc-
ciderent eos: sed ut cruciarent mensibus
quinq̃. Et cruciatus eorum ut cruciatus
scorpii cũ percutit hominem. Et in die-
bus illis querent homines mortẽ ⁊ nõ

invenient eam: et desiderabũt mori: et
fugiet mors ab eis. Et similitudines
locustarũ similes equis paratis ad pli-
um: et sup capita earũ tanq̃ corone si-
miles auro: ⁊ facies earũ tanq̃ facies
hominũ. Et habebãt capillos sicut ca-
pillos mulierũ: ⁊ dentes earũ sicut dentes
leonũ erãt. Et habebãt loricas sicut lo-
ricas ferreas: ⁊ vox alarũ illarũ sicut
vox curruũ equoꝝ multoꝝ currentiũ i bel-
lũ. Et habebãt caudas similes scorpio-
nũ: et acules erãt in caudis earũ: ⁊ pote-
stas earũ nocere hominibus mensibus quin-
q̃. Et habebãt sup se regem angelum
abissi cui nomen hebraice labaddon.
Ve unum abijt: ⁊ ecce veniũt adhuc
duo ve post hec. Et sexus angelus tu-
ba cecinit: ⁊ audiui vocẽ vnã e quatu-
or cornibus altaris aurei quod est
ante oculos dei: dicẽtem sexto angelo q̃
habebat tubã. Solue quatuor angele-
los q̃ alligati sũt in flumine magno
euphraten. Et soluti sunt quatuor ãgeli
qui paratiꝰ erãt in hora ⁊ die ⁊ mense
et anno: ut occiderent tertiã partẽ
hominũ. Et numer⁹ equestris exercit⁹
viginti milies decies milia: ⁊ audiui nu-
merum eoꝝ: ⁊ ita vidi equos i visione.
Et qui sedebãt sup eos habebant lori-
cas igneas ⁊ iacinctinas et sulphure-
as: ⁊ capita equoꝝ erant tanq̃ capita
leonũ: ⁊ de ore eoꝝ procedit ignis ⁊ fu-
mus et sulphur. Et ab hijs omb⁹ pla-
gis occisa est tertia pars hominũ: de
igne et de fumo ⁊ sulphure q̃ procede-
bãt e ore ipsorũ. Potestas enĩ equoꝝ
in ore eoꝝ est: in caudis eoꝝ. Sã caudeꝝ
similes serpentibus habentes capi-
ta: ⁊ in hijs nocent. Et receti hoies
qui nõ sunt occisi i hijs plagis neq;
penitentiã egerũt de operibus manuũ
suarum ut non adorarent demonia
et simulacra aurea et argentea et erea
et lapidea et lignea q̃ neq; videre pos-
sunt neq; audire neq; ambulare: et nõ
egerũt penitentiã ab homicidijs suis
neq; a veneficiis suis neq; a fornica-
tione sua: neq; a furtis suis. .X.

Et vidi aliũ angelũ fortem descen-
dentem de celo amictum nube: et
iris in capite eius. Et facies eius erat ut
sol: ⁊ pedes eius tanq̃ columna ignis. Et
habebat i manu sua libellũ apertũ: ⁊ po-
suit pedem suũ dexterũ supra mare: sinis-
trum aũt sup terram: ⁊ clamauit vo-
ce magna quẽadmodũ cũ leo rugit.
Et cũ clamasset: locuta sũt septem to-
nitua voces suas. Et cũ locuta fuisset
septem tonitua voces suas: ⁊ ego scri-
pturus eram. Et audiui vocẽ de celo
dicẽtẽ mihi. Signa q̃ locuta sũt septẽ
tonitua: ⁊ noli ea scribere. Et angel⁹
quẽ vidi stantem supra mare ⁊ supra
terrã leuauit manũ suam ad celũ ⁊ iu-
rauit p viuentem i secula seculoꝝ q̃ creauit
celum ⁊ ea q̃ in eo sunt et terram et
ea q̃ in ea sunt ⁊ mare et ea que in eo
sunt: q̃a tempꝰ nõ erit amplius: sed i die-
bus vocis septimi angeli cum ceperit
tuba canere: ꝗsumabit misterũ dei si-
cut euangelizauit p seruos suos
prophetas. Et audiui vocẽ de celo iterũ
loquentem mecũ ⁊ dicentem. Vade: et
accipe librum apertũ de manu angeli
stantis supra mare ⁊ super terram. Et
abij ad ãgelum dicens ei ut daret mi-
chi librum: ⁊ dixit michi. Accipe librũ
et deuora illum: et faciet amaricari
uterẽ tuũ: sed i ore tuo erit dulce tanq̃
mel. Et accepi librum de manu ãgeli
et deuoraui illũ: et erat in ore meo tanq̃
mel dulce. Et cũ deuorasseꝫ eũ: amari-
cat⁹ e venter meus. Et dixit michi. Oport-
et te iterũ ꝓphetare gentibus ⁊ populis

et linguis et regibus multis. ¶

Et datus ē mihi calamus similis
virge: et dicū est mihi. Surge:
et mensura templū dei et altare: et adorā
tes in eo. Atriū vero q̄ est foris templū
rice foras et ne mensuraris illud: quē da
tum ē gentibus. Et ciuitatē sanctā calca
būt mensibus quadragintaduobus. Et
dabo duobus testibus meis: et vaticina
bunt diebus milledueentumlxxxgintā
amicti saccis. Hi sūt due olive ⁊ duo
candelabra i cōspectu dñi terre stantes.
Et si quis voluerit eos nocere: ignis
egiet de ore eorū et deuorabit inimicos
eorū: ⁊ si quis voluerit eos ledere sic o
portet eū occidi. Hi habent potestatem
claudēdi celū ne pluat diebus vaticinii
eorū: ⁊ potestatē habent sup aquas cō
uertendi eas i sanguinē: ⁊ percutere ter
ram omni plaga quotiescūq; voluerint. Et cū finerint testimoniū suū de
bita q̄ ascendit de abisso faciet adūl
eos bellum: ⁊ vincet illos: ⁊ occidet eos.
Et corpora eorū iacebūt i platea ciuita
tis magne q̄ vocatur spiritualiter so
doma et egiptus: ubi et dñs eorū cru
cifixus ē. Et videbūt de tribus ⁊ de po
pulis et linguis ⁊ gentibus corpora e
orum p̄ tres dies ⁊ dimidiū: ⁊ corpora
eorū nō sinent poni i monumentis. Et
habitantes terrā gaudebūt sup illos
et iocundabunt: ⁊ munera mittent in
uicem: quē hi duo propter cruciaue
runt eos q̄ habitabāt sup terrā. Et
post dies tres et dimidiū spiritus vite
a deo intrabit in eos. Et timor super
ipsos suos: ⁊ timor magn⁹ cecidit sup
eos q̄ viderūt eos. Et audierūt vocem
magnā de celo: dicentē eis. Ascendite
huc. Et ascenderunt in celū in nube: et
viderūt illos inimici eorū. Et i illa hora
factus ē terre motus magn⁹: ⁊ decima
pars ciuitatis cecidit. Et occisi sunt in
terre motu nomina hominū septē milia:
et reliqui in timorē sūt mihi: ⁊ dederūt
gloriā deo celi. Ve secūdū abiit: ⁊ ecce
ve tertiū venit cito. Et septim⁹ angel⁹
tuba cecinit: ⁊ facte sūt voces magne
in celo dicētes. Factū est regnū huius
mūdi dñi nr̄i et xisti eius: ⁊ regnabit
in secula seculoꝝ amen. Et viginti quatuor
seniores q̄ in conspectu dei sedent
in sedibus suis: ceciderūt i facies suas: et
adorauerūt deū dicentes. Gratias agi
mus tibi dñe deus noster omnipotens:
qui es ⁊ q̄ eras ⁊ qui venturus es: quia
accepisti virtutē tuā magnā et regna
sti. Et irate sūt gentes: ⁊ aduenit ira
tua: et tempus mortuoꝝ iudicari: et re
dere mercedem seruis tuis prophetis
et sanctis et timentibus nomen tu
um pusillis ⁊ magnis: et exterminandi
eos qui corruperunt terram. xi

Et aperti ē templū dei i celo: ⁊ visa
est archa testamēti eius in templo
eius. Et facta sunt fulgura et voces: ⁊
tere motus ⁊ grādo magna. Et signū
magnū apparuit in celo. Mulier amic
ta sole: et luna sub pedibus eius: ⁊ in ca
pite eius corona stellarū duodecim. Et in
utero habens ⁊ clamabat parturiens:
et cruciat ut pariat. Et visum ē alium
signū in celo. Et ecce draco magnus
rufus habens capita septē ⁊ cornua de
cem: ⁊ in capitibus eius septem diadema
ta: et cauda eius trahebat tertiā partem
stellarū celi et misit eas in terrā. Et dra
co stetit ante mulierē que erat parituri
ut cū peperisset filiū eius deuoraret. Et
peperit filiū masculū: q̄ rturus erat
omnes gentes in virga ferrea. Et ra
ptus est filius eius ad deū ⁊ ad thronū
eius: ⁊ mulier fugit in solitudinē ubi
habebat locū paratū a deo: ut ibi pascat

eam diebus mille ducentis sexaginta. Et
factum ē prelium magnū in celo. Michael
et angeli eius pliabant cū draco
ne: et draco pugnabat et angeli eius et
non valuerūt: neq; locus inuentus ē
amplius eorū in celo. Et proiectus est
draco ille magnus serpens antiquus
qui vocabat̄ diabolus et sathanas:
qui seduxit universum orbem: ⁊ proiectus
est in terrā: et angeli eius cum illo missi
sunt. Et audiui vocē magnā i celo di
centē. Fūt facta est salus et virtus et
regnū dei nr̄i et potestas xisti eius: qā
proiectus est accusator fratrū nr̄orū:
qui accusabat illos ante cōspectum dei
nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt eū
propter sanguinē agni et propter verbū
testimonii sui: ⁊ nō dilexerūt animas
suas usq; ad mortē. Propterea lete
mini celi: ⁊ q̄ habitatis i eis. Ve terre
et mari: quia descendit diabolus ad
vos habens ira magnā: sciens q̄ modi
cū tēpus habet. Et postq̄ vidit dra
co q̄ proiectus est in terrā: persecutus
est mulierē que pepererat masculū. Et da
te sūt mulieri ale due aquile magne:
ut volare in deserto i loco suo: ubi alitur
p tempus ⁊ tēpora et dimidium
temporis a facie serpentis. Et misit ser
pens ex ore suo post mulierē aquā tanq̄
flumen: ut eā faceret trahi a flumine.
Et adiuuit terra mulierē: ⁊ aperuit ter
ra os suū et absorbuit flumen: quod
misit draco de ore suo. Et irat⁹ ē dra
co i mulierē: ⁊ abiit facere prelium cū re
liquis de semine eius q̄ custodiūt man
data dei: ⁊ habent testimonium ihu xisti.
Et stetit sup arenam maris. xiii

Et vidi de mari bestiā ascendentē
habentem capita septē ⁊ cornua
decem: ⁊ sup cornua eius decē diadema
ta: ⁊ sup capita eius noia blasphemia.
Et bestia quā vidi similis erat pardo:
et pedes eius sicut pedes vrsi: ⁊ os eius
sicut os leonis. Et dedit illi draco vir
tutem suā et potestatē magnā. Et vi
di vnū de capitibus suis quasi occisum
in mortem: ⁊ plaga mortis eius curata
est. Et admirata est vniuersa terra post
bestiā. Et adorauerūt draconē qui de
dit potestatem bestie: ⁊ adorauerūt be
stiam dicentes. Quis similis bestie: et
quis poterit pugnare cū illa? Et datū
est ei os loquēs magna et blasphemi
am: ⁊ data ē et potestas facere menses
quadragintaduos. Et aperuit os suū
in blasphemias ad deū blasphema
re nomen eius ⁊ tabernaculū eius: ⁊ eos q̄
in celo habitant. Et datū est illi bellū
facere cū sanctis: ⁊ vincere eos. Et data
est illi potestas in omnē tribū et plū
et linguā et gentem: ⁊ adorauerūt eam
omnes qui inhabitabāt terrā: quorū nō
sunt scripta noia in libro vite agni q̄
occisus est ab origine mūdi. Si quis
habet aures audiat. Qui i captiuitatē
ducere i captiuitate vadit: q̄ i gladio
occidet: oportet eū gladio occidi. Hic
est patientia: ⁊ fides sanctorū. Et vidi ali
am bestiā ascendentem de terra: ⁊ habe
bat cornua duo similia agni: ⁊ loque
bat̄ sicut draco. Et potestatē prioris
bestie omnem faciebat in aspectu eius: et
fecit terrā et habitantes in ea adorare
bestiam primam: cui curata ē plaga
mortis. Et fecit signa magna: ut etiā
ignem faceret de celo descendere in terrā
in aspectu hominū. Et seduxit habitan
tes in terra propter signa q̄ data sunt
illi facere in aspectu bestie: dicens habi
tantibus in terra ut faciant ymaginem
bestie que habet plagā gladij ⁊ vixit.
Et datum ē illi ut det spiritum ymagi
ni bestie: ⁊ ut loquat̄ ymago bestie:

et faciet ut quicũq; nõ adorauerint ymaginem bestie occidantur. Et faciet omnes pusillos et magnos et diuites et pauperes ⁊ liberos et seruos habere caracterem in manu dextera aut in frontibus suis: et ne quis possit emere aut uendere nisi habeat caracterem nominis bestie: aut numerũ aut numerũ nominis eius. Hic sapiẽcia ē. Qui habet intellectum: computet numerum bestie. Numerus enim hominis est: et numerus eius sexcentesagintasex. xiij

Et uidi: et ecce agnus stabat supra montẽ syon: ⁊ cum eo centũ quadragintaquatuor milia habentes nomẽ eius et nomen patris eius scriptũ in frontibus suis. Et audiui uocẽ de celo tanq; uocẽ aquarũ multarũ ⁊ tanq; uocem tonitrui magni: ⁊ uocẽ quã audiui sicut citharedorũ citharizantũ in citharis suis. Et cantabãt quasi canticum nouũ ante sedem ⁊ ante quatuor animalia ⁊ seniores: ⁊ nemo poterat dicere canticũ nisi illa centũquadragintaquatuor milia q̃ empti sũt de terra. Hij sunt qui cũ mulieribus nõ sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hij sequũt agnũ quocunq; ierit. Hij empti sunt de omnibus hominibus deo et agno: ⁊ in ore eorũ non ē inuentũ mendaciũ. Sine macula enim sunt ãte thronũ dei. Et uidi alterũ angelũ volantem p medium celum: habentem euangeliũ eternũ: ut euãgelizaret sedentibus super terrã ⁊ super omnẽ gentem ⁊ tribũ et linguã ⁊ populũ: dicens magna uoce. Timete dõm ⁊ date illi honorẽ: quia uenit hora iudicij eius: ⁊ adorate eũ qui fecit celum ⁊ terram mare ⁊ fontes aquarũ. Et alius angelus secutus ē dicens. Cecidit cecidit babilon illa magna: q̃ a uino ire fornicationis sue potauit omnes gentes. Et tertius angelus secutus est illos dicens uoce magna. Si quis adorauerit bestiam et ymaginẽ eius ⁊ acceperit caracterem i fronte sua aut i manu sua: hic bibet de uino ire dei qd mixtũ ē merro in calice ire ipius. Et cruciabit igne ⁊ sulphure i conspectu ãgelorũ sanctorũ: et ãte ospectũ agni. Et fumus tormentorũ eorũ ascendet i secula seculorũ. Nec habẽt requiem die ac nocte q̃ adorauerũt bestiam et ymaginẽ eius: et si quis acceperit caracterẽ nominis eius. Hic sapiẽcia sanctorũ ē: qui custodiũt mandata dei et fidem ihesu. Et audiui uocem de celo dicentẽ mihi. Scribe. Beati mortui: qui in dõo moriuntur. Amodo iã dicit spiritus: ut requiescãt a laboribus suis. Opera enim illorũ sequũtur illos. Et uidi: et ecce nubem candidam: ⁊ supra nubẽ sedentem similẽ filio hominis habentem in capite suo coronam aureã: ⁊ in manu sua falcem acutã. Et alius ãgelus exiuit de templo: clamans uoce magna ad sedentem super nubem. Mitte falcẽ tuam et mete: quia uenit hora ut metat: quoniam arefacta est messis terre. Et misit qui sedebat super nubem falcẽ suam in terrã: et messuit in terrã. Et alius ãgelus exiuit de templo qd est in celo: habens et ipse falcem acutam. Et alius angelus exiuit de altari q̃ habebat potestatem super ignem et aquam: ⁊ exclamauit uoce magna ad eum q̃ habebat falcem acutam dicens. Mitte falcem tuã acutã et vindemia botros uineę terre: quoniam maturę sunt uue eius. Et misit angelus falcem suã acutam in terram: ⁊ vindemiauit uineã ire: et misit in lacũ ire dei magni. Et calcatũ est lacus extra ciuitatẽ: ⁊ exiuit sanguis de lacu usq; ad frenos equorũ per stadia mille sexcenta.

Et uidi aliud signum in celo magnũ et mirabile: angelos septẽ habentes plagas septem nouissimas: quoniã in illis consumata est ira dei. Et uidi tanq; mare uitreũ mixtum igne et eos qui uicerunt bestiam et ymaginẽ eius ⁊ numerũ nominis eius stantes supra mare uitreum: habentes citharas dei et cantantes canticum moysi serui dei ⁊ canticum agni dicentes. Magna et mirabilia sũt opera tua dñe deus omnipotens: iuste ⁊ uere sunt uie tue domine rex seculorũ. Quis nõ timebit te domine: et magnificabit nomen tuũ? Quia solus pius es: quã omnes gentes uenient ⁊ adorabunt in conspectu tuo: quoniã iudicia tua manifesta sunt. Et post hec uidi: et ecce apertũ est templũ tabernaculi testimonij in celo. Et exiuerunt septẽ angeli habentes septẽ plagas de templo: uestiti lapide mundo et candido: ⁊ precincti circa pectora zonis aureis. Et unum de quatuor animalibus dedit septẽ angelis septem fialas aureas: plenas ira dei uiuentis in secla seculorũ. Et impletũ ē templũ de fumo a maiestate dei ⁊ de uirtute eius: ⁊ nemo poterat introire i templũ: donec ꝯsumarentur septem plagę septem angelorum. xvj

Et audiui uocem magnã de templo dicentem septem ãgelis. Ite et effundite septem fialas ire dei in terram. Et abiit primus ãgelus ⁊ effudit fialam suã in terrã: ⁊ factũ est uulnus malum et pessimũ in hominibus q̃ habebãt caracterem bestie: ⁊ in eos q̃ adorauerunt bestiã ⁊ ymaginẽ eius. Et secũdus angelus effudit fialam suã in mare: et factus ē sanguis tanq; mortui: et omnis anima uiuens mortua ē in mari. Et tertius effudit fialã suam super flumina ⁊ super fontes aquarũ: ⁊ factũ est sanguis. Et audiui angelũ aquarũ dicentem. Iustus es domine q̃ es et qui eras sanctus qui hec iudicasti: quia sanguinẽ sanctorũ ⁊ prophetarũ effuderũt: et sanguinẽ eis dedisti bibere. Digni enim sunt. Et audiui alterũ dicentem. Etiam dñe deus omnipotens: uera et iusta iudicia tua. Et quartus ãgelus effudit fialam suã in soleũ: et datum est illi estu afflugere homines ⁊ igni. Et estuauerunt homines estu magno: ⁊ blasphemauerunt nomẽ dei habentis potestatem super has plagas: neq; egerũt penitentiã ut darent illi gloriam. Et quintus angelus effudit fialam suã sup sedem bestie et factum est regnũ eius tenebrosũ. Et cõmãducauerũt linguas suas p dolore: ⁊ blasphemauerunt dũ deũ p doloribus ⁊ uulneribus suis: ⁊ non egerũt penitentiam ex operibus suis. Et sextus angelus effudit fialam suã i flumen illud magnũ euphraten: ⁊ siccatũ est aquam eius ut pararetur uia regibus ab ortu solis. Et uidi de ore draconis ⁊ de ore bestie ⁊ de ore pseudo. ꝓphete exire spiritus tres immundos i modum ranarũ. Sunt enim spiritus demoniorũ facientes signa: et procedũt ad reges totius terre: ogregare illos in preliũ ad diẽ magnã. omnipotentis dei. Ecce ueniõ sicut fur. Beatus q̃ uiglat et custodit uestimenta sua ne nudus ambulet: ⁊ uideãt turpitudinem eius. Et cõgregabit illos in locum q̃ uocatur hebraice armageddon. Et septimus angel effudit fialã suã in aerem: ⁊ exiuit uox magna de templo a throno dicens. Factũ est. Et facta sunt fulgura et uoces et tonitua: et terre motus factus est magnus: qualis nunq; fuit ex quo homines fuerũt sup

terrā: talis terre mor⁹ sic magnus. Et facta est ciuitas magna ī tres partes: et ciuitates gēntū ceciderūt. Et babilon magna venit ī memoriam ante deū: dare illi calicem uini indignationis ire eius. Et omnis insula fugit: et montes nō sunt inuenti. Et grādo magna sicut talentū descendit de celo in homines: ⁊ blasphemauerūt homines deum propter plagam grandinis: quoniā magna facta est vehementer. xvii

Et venit unus de septē angelis q̄ habebant septem fialas: ⁊ locutus est mecum dicēs. Veni et ostendā tibi dāmnationē meretricis magne q̄ sedet super aquas multas: cū qua fornicati sunt reges terre: ⁊ inebriati sunt q̄ inhabitant terram de uino prostitutionis eius. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et uidi mulierē sedētem super bestiam coccinā plenā nominibus blasphemie: habētem capita septem et cornua decem. Et mulier erat circundata purpura et coccino et mauratā auro et lapide pīcioso ⁊ margaritis: habēs poculum aureum in manu sua plenū abominatione ⁊ immūditia fornicationis eius. Et in fronte eius nomē scriptum babilon magna: mater fornicationūm et abominationū terre. Et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorū: et de sanguine martyrū ihesu. Et mirat⁹ sum cū uiderem illā admiratione magna. Et dixit michi angelus. Quare miraris: ego dicā tibi sacramētū mulieris et bestie que portat eam: q̄ habet capita septē ⁊ cornua decē. Bestia quā uidisti fuit et nō est: et ascensura est de abisso ⁊ in interitū ibit: ⁊ mirabuntur inhabitātes terrā quorū nō sūt scripta nomina in libro vite a constitutione mundi videntes bestiam que erat ⁊ nō est. Et hic est sensus: qui habet sapientiam. Septem capita septem montes sunt supra quos mulier sedet: ⁊ septem reges. Quinq̄ ceciderunt: unus est alius nūdum venit. Et cū uenerit: oportet illum breue tempus manere. Et bestia que erat ⁊ nō est ipa octāua est: et de septem est. Et in interitū uadit. Et decem cornua que uidisti decem reges sunt qui regnū nondū acceperunt: sed potestatem tanq̄ reges una hora accipient post bestia. Hi unū consilium habent: ⁊ uirtutem ⁊ potestatem suā bestie tradent. Hi cū agno pugnabunt: et agnus uincet illos: quoniā dominus dōnōrū est: ⁊ rex regum: et qui cū illo sunt vocati et electi ⁊ fideles. Et dixit michi. Aq̄ ēs uidisti ubi meretrix sedet q̄ sunt ⁊ gentes ⁊ linguē: et decem cornua q̄ uidisti ī bestia hi odient fornicariā ⁊ desolatā facient illā ⁊ nudam: ⁊ carnes eē mādūcabunt et ipsam igni cōcremabunt. Deus enim dedit in corda eorū ut faciāt q̄ placitum ē illi: ut dent regnū suū bestie donec cōsummētur verba dei. Et mulier quā uidisti est ciuitas magna: que habet regnum super reges terre. xviii

Et post hec uidi alium angelum descendētem de celo habētem potestatem magnā: ⁊ terra illuminata est a gloria eius. Et clamauit ī fortitudine dicens. Cecidit cecidit babilon magna: ⁊ facta ē habitatio dæmoniū: et custodia omnis spiritus immundi et custodia omnis volucris immunde et odibilis: q̄a de uino ire fornicationis eius biberunt omnes gentes. Et reges terre cū illa fornicati sunt: ⁊ mercatores terre de uirtute deliciarū eius diuites facti sunt. Et audiui aliā uocem de celo dicentem. Exite de illa populus meus: ne participes sitis delictorū eius: et de plagis eius non accipiatis. Quoniam pauerunt peccata eius usq̄ ad celum: ⁊ recordatus est dōs iniquitatū eius. Reddite illi sicut et ipsa reddidit vobis: et duplicate duplicia sēdm opera eius. In poculo quo miscuit vobis miscete illi duplū. Quantū glorificauit se et in deliciis fuit: tantum date illi tormentū et luctum: quia ī corde suo dicit. Sedeo regina: ⁊ uidua nō sum: et luctum nō videbo. Ideo in una die venient plagē eius mors et luctus et fames: ⁊ igni cōburetur: quia fortis ē deus qui iudicabit illā. Et flebunt et plangent se super illam reges terre q̄ cū illa fornicati sunt et ī deliciis uixerunt cum uiderint fumū incendij eius: longe stantes propter timorem tormentorū eius dicentes. Ve ve ciuitas illa magna babilon: et ciuitas illa fortis: quū una hora venit iudicium tuum. Et negociatores terre flebunt super illam ⁊ lugebūt: quū merces eorū nemo emet amplius: mercem auri et argenti ⁊ lapidis pīcioi ⁊ margarite ⁊ bissi ⁊ purpure ⁊ sereci et coccini: ⁊ omne lignum thyinum et omnia vasa eburea ⁊ omne vasa de lapide pretioso ⁊ cremento et ferro et marmore: ⁊ cinamomū ⁊ amomū et odoramentorū et unguentū ⁊ thuris et vini et olei et simile et tritū ⁊ iumentorum et ouium ⁊ equorū et redarum ⁊ mancipiorū et animarū hominū. Et poma tua desiderij anime tue discesserunt a te: et omnia pinguia ⁊ preclara perierunt a te: ⁊ amplius illa iam nō inuenient mercatores hominū. Qui diuites facti sunt ab ea longe stabūt propter timorē tormentorū eius: flentes ac lugentes et dicentes. Ve ve ciuitas illa magna: que amicta erat bisso et purpura et cocco et deauratā ē auro et lapide pīcioso et margaritis: quoniam una hora destituere sūt tante diuitie. Et omnis gubernator: et omnes qui in locum nauigāt et naute et qui in mari operantur: lōge stetērūt: et clamauerunt uidētes locum incendij eius dicētes. Que similis erat huic magne? Et miserunt puluerē super capita sua: et clamauerūt flentes et lugentes dicentes. Ve ve ciuitas illa magna: ī qua diuites facti sūt omnes q̄ habebāt naues in mari de pīcioi eius: quoniā una hora desolata est. Exulta super eā celum et sancti apli et prophete: quū iudicauit deus iudiciū vēm de illa. Et sustulit unus angelus fortis lapidē sīl molarem magnū: ⁊ misit ī mare dicens. Hoc impetu mittetur babilon ciuitas illa magna: ⁊ ultra iā nō inuenietur. Et vox cytharedoꝝ ⁊ musicoꝝ et tybia cantantū et tuba nō audietur in te āplius: ⁊ omnis artifex omnisq̄ ars nō inuenietur in te amplius: et vox mole nō audietur in te āplius. Et lux lucerne nō lucebit ī te amplius: et vox sponsi et sponse nō audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terre: q̄a ī venenis tuis erraueruē omnes gētes. Et ī ea sanguis prophetarū ⁊ sanctorū inuentus ē: ⁊ omnium q̄ interfecti sūt ī terra. xix

Post hec audiui sicut vocē turbarū multarū in celo dicentū alleluia. Salus et gloria et virtus deo nostro est: q̄a vera et iusta iudicia sunt eē: q̄ iudicauit de meretrice magna: q̄ corrupit terrā in prostitutione sua: et vindicauit sanguinē suoꝝ sororū de manibus eē. Et iterū dixerunt alleluia. Et fumus eius ascendit in secla seclorū. Et ceciderūt seniores viginti quatuor et quatuor animalia et adorauerunt deū sedētem super

thronū: dicēs amen alla. Et vox de throno exiuit dicens. laudē dicite deo nō omēs sancti eī: ⁊ q timētis eū pusilli et magni. Et audiui q̃si vocē turbe magne ⁊ sicut vocē aquarū multarū et sicut vocē tonitruorū magnorū dicentū alla: quū regnauit dōs deus noster omnipotēs. Gaudeamus ⁊ exultemus ⁊ demus glām ei: quia venerūt nupcie agni: ⁊ vxor eī paravit se. Et datum ē illi ut cooperiat se byssinū splendēs candidū. Byssinū enī iustificationes sunt sanctorū. Et dixit michi. Scribe. Beati q̃ ad cenā nupciarū agni vocati sunt. Et dixit michi. Hec verba dei vera sūt. Et cecidi ad pedes eī: ut adorarē eū. Et dixit michi. Vide ne feceris. Conseruus tuus sū: ⁊ fratrū tuorū habentū testimoniū ihesu. Deū adora. Testimoniū enī ihesu ē spiritus prophetie. Et vidi celū apertū: et ecce equus albus: ⁊ q̃ sedebat sup eū vocabat̃ fidelis et verax: et cū iusticia iudicat ⁊ pugnat. Oculi autē eī sicut flāma ignis: et ī capite eī diademata multa: habēs nomē scriptum qd̄ nemo nouit nisi ipse. Et vestis erat vestita aspersa sanguine: ⁊ vocabat̃ nomē eī verbum dei. Et exercitus q̃ sunt ī celo sequebant̃ eū ī equis albis: vestiti byssino albo ⁊ mūdo. Et de ore eius procedit gladius et quarta parte aurū: ut ī ipo percutiat gentes. Et ipse reget eos in virga ferrea ⁊ calcat torcular vini furoris ire dei omnipotētis. Et habet ī vestimēto et in femore suo scriptū: rex regū et dōs dōminantū. Et vidi vnū angelū stantē ī sole: ⁊ clamauit voce magna dicens omnibus auibus q̃ volāt p mediū celi. Venite et congregamini ad cenā magnā: ut manducetis carnes regū ⁊ carnes tribunorū et carnes fortū et carnes equorū et sedentū ī ipis. Et carnes omnū liberorū et seruorū ⁊ pusillorū et magnorum. Et vidi bestiā et reges terre et exercitus eorū cōgregatos ad faciendū prelium cū illo q̃ sedebat ī equo: ⁊ cū exercitu eius. Et apprehēsa ē bestia ⁊ cū ea pseudoprophete: et q̃ fecit signa coram ipo quibus seduxit eos q̃ acceperūt caracterē bestie: ⁊ q̃ adorauerūt imaginē eius. Viui missi sunt hi duo ī stagnū ignis ardentis et sulphuris: ⁊ ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum: qui procedit de ore ipsius: et omnes aues saturate sunt carnibus eorum. xx

Et vidi angelū descendentē de celo habentē clauē abissi: et catenā magnā in manu sua. Et apprehendit draconē serpentē antiquū q̃ ē diabolus et satanas: ⁊ ligauit eū p annos mille. Et misit eū in abissum: et clausit et signauit sup illū ut nō seducat amplius gentes: donec consumentur mille anni. Et post hoc oportet illū solui modico tempore. Et vidi sedes: et sederūt sup eas: et iudicium datū ē illis. Et animas decollatorū propter testimoniū ihesu et propter verbū dei: et q̃ non adorauerunt bestiā neq; ymaginē eius nec acceperūt caracterem eius in frontibus aut in manibus suis: et vixerūt et regnauerūt cū cristo mille annis. Ceteri mortuorū nō vixerūt donec cōsummentur mille anni. Hec est resurrectio prima. Beatus et sanctus: qui habet partem in resurrectione prima. In hijs secda mors nō habet potestatem: sed erūt sacerdotes dei ⁊ cristi: et regnabūt cū illo mille annis. Et cū cōsumati fuerit mille anni solue[t] sathanas de carcere suo: et egredietur seducere gentes que sunt super quatuor angulos terre gog et magog: et congregabit eos in prelium quorū numerus est sicut arenā maris. Et ascenderunt super latitudinē terre: ⁊ circuierūt castra

sanctorū et ciuitatē dilectā. Et descendit ignis a deo de celo et deuorauit eos: ⁊ diabolus q̃ seducebat eos missus est in stagnū ignis ⁊ sulphuris: ubi ⁊ bestia et pseudoprophete cruciabunt̃ die ac nocte ī secla seculorū. Et vidi thronū magnū candidū ⁊ sedentē sup eum: a cuius aspectu fugit terra et celū: ⁊ locus nō est inuentus ab eis. Et vidi mortuos magnos et pusillos stātes in conspectu throni: ⁊ libri aperti sunt: ⁊ alius liber apertus ē qui est vite. Et iudicati sunt mortui ex hijs q̃ scripta erāt in libris: secdm opera ipōrū. Et dedit mare mortuos suos q̃ in eo erant: et mors et infernus dederunt mortuos suos q̃ in ipis erant: ⁊ iudicatū ē de singulis secdm opera ipōrū. Et infernus ⁊ mors missi sūt ī stagnū ignis. Hec ē mors secda. Et q̃ nō ē inuentus ī libro vite scriptus: missus ē in stagnū ignis. xxi

Et vidi celū nouum: ⁊ terram nouam. Primū enim celū ⁊ prima terra abiit: ⁊ mare iam nō est. Et ego iohannes vidi sanctā ciuitatē ihesu nouam descendentem de celo: a deo paratam: sicut sponsam ornatā viro suo. Et audiui vocē magnā de throno dicentē. Ecce tabernaculū dei cū hominibus: ⁊ habitabit cū eis. Et ipi populus eius erunt: ⁊ ipse deus cum eis: erit eorū deus. Et absterget deus omnē lacrimā ab oculis eorū: ⁊ mors vltra nō erit neq; luctus neq; clamor neq; dolor erit vltra: que prima abierūt. Et dixit qui sedebat ī throno. Ecce noua facio oia. Et dixit michi. Scribe: quia hec verba fidelissima sunt et vera. Et dixit michi. Factum est. Ego sum alpha et o: initium ⁊ finis. Ego sitienti dabo de fonte aque vite gratis. Qui vicerit possidebit hec. Et ero illi deus: ⁊ ille erit michi filius. Timidis autē et incredulis et execratis ⁊ homicidis ⁊ fornicatoribus et venefics et idolatris ⁊ omnibus mendacibus: pars illorū erit in stagno ardenti igne et sulphure: qd̄ est mors secda. Et venit vnus de septē angelis habentis fialas plenas septē plagis nouissimis: ⁊ locutus ē mecū dicens. Veni: et ostendā tibi sponsam vxorē agni. Et sustulit me in spiritu ī montem magnū et altū: et ostendit michi ciuitatem sanctam ihesu descendentem de celo: habentem claritatem dei. Et lumen eius simile lapidi pretiosolo tāq̃ lapidi iaspidi: sicut cristallū. Et habebat murum magnū et altum habentem portas duodecim: ⁊ in portis angelos duodecim: ⁊ nomina inscripta que sunt nomina duodecim tribuū filiorum israhel. Ab oriente porte tres: et ab aquilone porte tres: ⁊ ab austro porte tres: et ab occasu porte tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: et in ipis duodecim nomina duodecim apostolorum agni. Et qui loquebatur mecū habebat mensuram arundinem auream: ut mensuret ciuitatem et portas eius et murū. Et ciuitas in quadro posita est: et longitudo eius tanta est quanta et latitudo. Et mensuro est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim milia: et longitudo et altitudo et latitudo eī equalia sunt. Et mensus est murus eius centum quadraginta quatuor cubitorum: mensura hominis que ē angeli. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa vero ciuitas aurū mundum: simile vitro mundo. Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretiosolo ornata. Et fundamentū primum iaspis: secundus saphirus.

tercius calcedonius: quartus smaragdus.
quintus sardonix. sextus sardius: se-
ptimus crisolitus. octauus berillus.
nonus thopazius: decimus crisopras-
sus. undecimus iacinctus. duodeci-
mus ametistus. Et duodecim porte:
duodecim margarite sunt per singulas.
Et singule porte erant ex singulis mar-
garitis: et platea ciuitatis aurum mun-
dum: tanquam vitrum perlucidum. Et templum
non vidi in ea. Dominus enim deus o-
mnipotens templum illius est: et agnus.
Et ciuitas non eget sole neque luna: ut
luceant in ea. Nam claritas dei illu-
minabit eam: et lucerna eius est agnus.
Et ambulabunt gentes in lumine eius: et
reges terre afferent gloriam suam et hono-
rem in illam. Et porte eius non claudentur
per noctem. Nox enim non erit illic et af-
ferent gloriam et honorem gentium in illam:
nec intrabit in ea aliquid coinquinatum aut
abominationem faciens et mendacium: nisi
qui scripti sunt in libro vite agni. xxij

Et ostendit michi fluuium aque vi-
ue splendidum tanquam cristallum:
procedentem de sede dei et agni. In me-
dio platee eius et ex utraque parte flumi-
nis lignum vite afferens fructus duodeci:
per meses singulos reddens fructum suum:
et folia ligni ad sanitatem gentium. Et o-
mne maledictum non erit amplius: sed se-
des dei et agni in illa erunt: et seruiet eius
illi. Et videbunt faciem eius: et nomen eius
in frontibus eorum. Et nox ultra non erit: et
non egebunt lumine lucerne neque lumi-
ne solis quoniam dominus deus illuminabit il-
los: et regnabunt in secula seculorum. Et di-
xit michi. Hec verba fidelissima sunt et ve-
ra. Et dominus deus spirituum prophetarum misit
angelum suum: ostendere seruis suis que o-
portet fieri cito. Et ecce venio velociter.
Beatus qui custodit verba prophetie libri

huius. Et ego iohannes qui audiui et
vidi hec. Et postquam audissem et vidissem
cecidi ut adorarem ante pedes angeli
qui michi hec ostendebat. Et dixit mi-
chi. Vide ne feceris. Conseruus enim
tuus sum et fratrum tuorum prophetarum:
et eorum qui seruant verba prophetie li-
bri huius. Deum adora. Et dixit mi-
chi. Ne signaueris verba prophetie li-
bri huius. Tempus enim prope est. Qui no-
cet noceat adhuc: et qui in sordibus est
sordescat adhuc. Et qui iustus est iustifi-
cetur adhuc: et sanctus sanctificetur adhuc.
Ecce venio cito: et merces mea mecum est:
reddere unicuique secundum opera sua. Ego
sum alpha et o: primus et nouissimus:
principium et finis. Beati qui lauant
stolas suas in sanguine agni: ut sit
potestas eorum in ligno vite: et per portas
intrent ciuitatem. Foris autem canes
et venefici et impudici et homicide et ve-
dolis seruientes: et omnis qui amat
et facit mendacium. Ego ihesus misi
angelum meum testificari vobis hec
in ecclesiis. Ego sum radix et genus
dauid: stella splendida et matutina.
Et spiritus et sponsa dicunt veni. Et
qui audit: dicat veni. Et qui sitit ve-
niat: et qui vult accipiat aquam vi-
te gratis. Contestor enim omni au-
dienti verba prophetie libri huius.
Si quis apposuerit ad hec: apponet
deus super illum plagas scriptas in
libro isto: et si quis diminuerit de
verbis libri prophetie huius: aufe-
ret deus partem eius de libro vite et
de ciuitate sancta: et de hiis que scri-
pta sunt in libro isto. Dicit qui te-
stimonium perhibet istorum. Etiam.
Venio cito amen. Veni domine ihe-
su. Gratia domini nostri ihesu cristi cum omni-
bus vobis amen. Explicit apocalipsis.

319 S. 187. L. 42.

Bible. Latin. ca 1454-55. Mainz. Gutenberg (42 lines)

Incun.
1454
B5